UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Quarto die Lunæ Quadragesimæ: Homilia Vigesima Octava. De profanatoribus templi. Prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in Templo vendentes boues & oues &c. Ioan.2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53104

Visual Library

*Sumit vnus, ſumunt mille, quantum iſti tantum ille, nec ſumptus conſumitur.* Duodecima: cum proprium ſit cibo grauare caput, & intellectum obtenebrare, econtra hic illuminat: eo quod cum eo recipiatur ille, qui ipſa lux eſt gloriæ,
*Apoc.* 21. 23. agnus ille, quem vidit D. Ioannes qui totam Dei ciuitatem illuminat, idque tanta claritate, vt coram eo ipſe ſolis fulgor tenebræ eſſe videatur, vnde epithetum illi conuenit quod
*Eccli.* 15. 31. Spiritus S. impoſuit: *Cibauit illum pane vitæ & intellectus.* Tertia decima: quod animas fortificet, & illis virtutem, roburque concedat ad fidei imperterritam confeſſionem, etiam coram omnibus fidei hoſtibus crudeliſſimis, qui propter fi- confeſſionem illis vitam adimere moliuntur, nec non ad omnes inferni ſuperandas ridendaſque poteſtates: ita vt de illo, qui panem hunc, vt par eſt, ſumpſerit, verificetur illud Sapientis: *Firmabitur in illo & non flectetur.* Aperitur *Eccli.* 15. 31.
hic non campus varijs diſcurſibus latiſſimus: noſtris his finem imponamus, Chriſtum imitantes: ſi namque ille, vt panem hunc in deſerto concederet inuitatis, viſque alterum tribueret, quem in vltima cæna ſuis inſtituit fidelibus: primum oculos ſuos ſurſum in cœlum eleuarit, Patrique gratias retulerit: nos vt illum pro muneris obligatione debitè recipiamus, eo noſtros dirigamus animos attentiùs tam ſingularia recolentes beneficia, gratias illi referamus qui tanta nos alit vbertate, ditatque fauoribus in vtroque homine, illum vt Dominum noſtrum, regemque confeſſi ac proteſtati, cui vt fideles eius, vitam hanc impendere debemus, illi per gratiam eius ſeruiendo, quatenus illo in gloria beati perfruamur. Amen.

# SVMMARIVM

## HOMILIÆ VIGESIMÆOCTAVÆ SEQVENTIS.

IPſvm Dei filium nobis Euangeliſta D. Ioannes deſcribit per ſemet-
ipſum, ac propria manu flagellantem: opus vt nouum, ita mirabile,
quod nos cogit Philoſophari cauſas eius inquirendo. *a.* & multæ ſunt. *a* §. 1.
Prima: quod velit incipere, timorem ſtatuendo, omnis boni princi-
pium. *b.* Secunda: quod intendat legem ſtatus euertere, ac docere, quòd *b* §. 2.
medium ad eius conſeruationem efficaciſſimum ſit, Dei non perferre iniurias. *c.* Ter- *c* §. 3.
tia: magnam hanc eſſe iniuriam, quæ Deo in domo ſua propria irrogatur; quæ Tem-
plum eſt, omni reuerentia multo nomine digniſſimum. *d.* Quarta; quod in domo ſua *d* §. 4. 5.
mercatum reiiciat, in qua, dando ſua beneficia etiam gratis, illa plures dedignantur. 6. 7. 8. 9.
*e.* Quinta: Zeloſum ſe monſtrat, & in Templo ſuo nulla permittit idola, quorum *e* §. 10.
omnium maximum eſt pecunia, quam in eo reperit, in menſis, velut in altari collo-
catam. *f.* Fraternam non præmittit correptionem; eſt enim auaritiæ morbus incura- *f* §. 11. 12.
bilis, licet verbera fuerint temperata miſericordia. *g.* Denarios in terram abijcit, vt *g* §. 13.
bonus iudex, & menſas euertit, nullus vt locus idolo remaneat. *h.* Flagellum quod 14.
ipſe compoſuit, ex funibus fuit, quos illi contulerant: ex funibus enim noſtrorum *h* §. 15.
ſcelerum flagella conficit, quibus nos caſtigat, *i.* Æquali cunctos flagello perſtrin- *i* §. 16.
git: cum ſit in omnibus culpa æqualis. *k.* Optimè dicit Euangeliſta, quòd opus hoc, *k* §. 17.
effectus zeli fuerit, quo cunctos oportet feruere, præcipuè verò Principes. *l.* Hæc *l* §. 18. 19.
autem eorum fuit calamitas: quòd flagellis cæſi gratiam minimè retulerint. *m.* Sig- 20.
num poſtularunt, & ſignum dedit illis Dominus ſuæ reſurrectionis. *n.* *m* §. 21.
*n* §. 22.

*§. 1. Prodigium eſt à Chriſto aſſumi flagellum, vnde de hoc nobis attentius diſputandum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§.2. Prope erat Paſcha &c. *Congruenter incipit Chriſtus cum flagello: fundauit in timore Euangelium ſuum: eſt enim omnis boni principium.*

§. 3. *Status ſtatuta Chriſtus ſubuertit, hunc autem conſeruat atrox inimicorum Dei percuſſio.*

§.4. *Exemplis Ioſiæ Moyſiq́, confirmatur.*

§. 5. Inuenit in Templo &c. *Magnum piaculum eius qui Deum in domo ſua irritat tendit laqueos in Maſphat, & retia in Thabor ipſis Lamijs ſceleſtior.*

§. 6. *Singulari modo Deus eſt in Templo: quia ſingulari modo in eo operatur.*

§. 7 *Eſt templum locus omni reuerentia digniſſimus, eſt & terribilis ob Angelorum præſentiam.*

§. 8. *Templum propriè domus eſſe dicitur, in qua habitat Deus, & domus orationis: illa licet in omni poſſit loco exerceri.*

§. 9. *Templa ſunt inſtituta ad honorem Dei, noſtrumque commodum & ſic ea reueriti ſunt Theodoſius & Valentinianus Imperatores.*

§.10. Inuenit ementes & vendentes &c. *Exhorret Deus in Templo fieri mercaturam, vbi data munera, etiam gratis, eſt qui tamen illa deſpiciat.*

§. 11. Nummulariorum effudit æs. *Zelo Deus æſtuat nec vnquam ſocietatem aliorum admiſit Deorum, & eade cauſa illum Romani non admiſerunt.*

§.12. Effudit &c. *Pecunia habebatur vt Deus omnium ſupremus, & quæ grauiorem in Deo prouocat Zelum, eumq́, hac in occaſione commouit.*

§. 13. Fecit flagellum &c. *Nulla præmiſſa verborum correptione, illos Dominus flagellat: eſt etenim auaritia laqueus indiſſolubilis.*

§.14. Fecit flagellum de funiculis. *Animam auaritia ſubmergit, vt dixit Crates, cuius proprium ſupplicium ſunt flagella: fuerunt hæc permixta miſericordia.*

§.15. *Proiecit Chriſtus, vt bonus Iudex pecuniam: non eo proceſſit, vt talem puniret pollutionem, qualem nemo in Templo futuram ſuſpicaretur.*

§.16. Fecit quaſi flagellum de funiculis. *De funiculis eorum fecit flagellum in eorum ſupplicium, & de funiculis noſtrorum criminum, in noſtrum: ſicut in monte diuiſionum & valle Gabaon.*

§.17. Omnes eiecit. *Omnes vnico plectit flagello: & meritò menſas eorum euertit, dicendo:* Auferte iſta hinc: *verba nobis maximè ponderanda.*

§.18. Zelus domus tuæ &c. *Zelo feruebat Chriſtus, quia amorē flagrabat: tu verò zelo non ferues, quia in amore tepuiſti.*

§.19. Zelus domus tuæ &c. *Hoc Zelo ferueant Principes, & contra prophanos flagellum arripiant.*

§.20. *Iuſti Zelo inardeſcunt, & notanda eſt D. Chryſoſtomi hyperbole, factumq́, Fr. Ioannis Hurtadi.*

§.21. Quod ſignum oſtendis nobis, quia hoc facis? *Hi flagellati, & non agnoſcentes Pharaoni comparantur: nos verò ſimus Dauidi ſimiles.*

§.22. Soluite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. *Signum Diuinitatis ſuæ Chriſtus illis ſuam aſſignat Reſurrectionem: in qua mentiti ſunt ei inimici eius, vt ait Dauid.*

HOMI-

# HOMILIA XXVIII.

## DE PROFANATORIBVS TEMPLI.

### Quarto die Lunæ Quadrageſimæ.

*Prope erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam, & inuenit in Templo vendentes boues & oues &c.* Ioan. 2.

1 COMMVNE prouerbium eſt: Cibaria & virga: idque adeo veridicum vt ipſe Spiritus S. dixerit vtraque eſſe neceſſaria ſi velis iumentum onus congruè ferat, cibaria illi virgamque tribue: (Eccli. 23. 25.) *Cibaria & virga & onus aſino.* Si cibaria ſubtraxeris, vires illi deficient, cadetque ſub onere languidus, niſi virgam adhibueris, obmurmurabit, recalcitrabit, & à via deflectet irritatus. Cibaria & virga ſimul applicentur, ſi ſeruum tibi quæras obſequentem, & opus ſibi impoſitum (Eccli. ibid.) exequentem: hoc age: *Panis & diſciplina & opus ſeruo.* Si pane non alueris, elangueſcet; ſi diſciplina deferbuerit, ſocordiâ contabeſcet, vtrúque adhibe panem & virgam. (Hebr. 9. 4.) Eo nos modo Deus excipit: idcirco Moyſi olim præcepit, in arca ſimul manna, panem cœleſtem, quo populũ in deſerto peregrinum aluerat, virgamque reponeret, qua contumaces percuſſerat Ægyptios. Nobis heri D. Ioannes epulas appoſuit Saluatoris noſtri, pane de ſuis manibus ſeruos ſuos opiparè recreantis, ſuiſque ſequacibus indulgẽtis, verùm hodie flagello monſtrat in manibus terribilem, quo fœneratores, domuſque Patris ſui caſtigat, eijcitque profanatores. Heri panem miniſtrauit, hodie flagro vtitur. Faxit Deus, quod ſi heri ob indultas epulas eum dilexerimus, hodie ob ſupplicium virgamque timeamus: hi (Ser. 6. in Cant. & ſer. 5. ex paruis.) namque duo (ſic habet D. Bern.) amor & timor, pedes ſunt, quibus anima progreditur, & ſi deficiat alterutrum clauda cæſpitabit.

(In c. 21. Matth.) Opus hoc, ex mente D. Hieronym. inter alia Chriſti præclariora opera caput attollit; quod fecit adhuc orbi non cognitus. Aſcendit in Tẽplum ad feſtum Agni Paſchalis, quod omnium feſtorum erat in populo celeberrimum: inuenit autem illud factum ſtabulum boum, ouium, arietum, & columbarũ, vt ea ſibi compararent, qui offerre ſacrificia conuenerant: qui verò pecunias ſecum detulerant, menſas inueniebant paratas cambientium, qui reſidentes, eas cuiuſlibet monetæ ſpeciei pecunijs repleuerant vt eas pro determinato lucro mutuarent. Vt igitur Chriſtus aduenit, & illam cernit loci pollutionem ardenti zelo permotus, Patriſque honoris œſtro ſtimulatus funes illos arripit, quibus eò deduxerant animalia, & ex illis conficit flagellum: ac in eorum conuerſus primarios, incipit nunc hos, nunc illos velut canes atrociès percutere: foras proditores, foras de Templo meo, Templi profanatores: verberibus illos abigit, & animalia pariter eliminat, accurrens ad menſas pecunias illas huc illucque indiſcriminatim diſpergit, & totam pecuniam per terræ pauimentum diſſeminat, his qui columbas vendebant ait: Tollite hinc iſta prophana nebulones, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis, ſtabulumque beſtiarum, vltra modum obſtupeſcunt diſcipuli, & ſcriptum eſſe recordantur: *Zelus domus tuæ comedit me* Quando ſe miſeri illi de Templo frendent more pecudum flagris eiectos, per hominem ſibi incognitum, obſcurumque pauperem, conglomerati Dominum accedunt, & interrogant, Dicito tu frater mi: Quis dedit tibi hanc poteſtatem, vt talia præſumas, qualia nulla vidimus vſq; modo, ſi tanta tibi ſit conceſſa poteſtas, auctoritas tanta, nobis illam ſigno quodam oſtẽde certiori? Quibus ſic Chriſtus: Libenter. Diſſoluite Templum hoc, & in triduo perficiã illud ac reædificabo. Refert Euangeliſta, eorũ ad hoc reſponſum: Quadraginta ſex annis ædificatum eſt Templũ hoc, & tu in triduo reædificabis illud? Deinde narrat quàm verè dictũ ſuum Dñs impleuerit cæteraque quæ contigere, proſequitur.

I. Similitudo.

Dicta nobis ſufficiunt, videre Chriſtum flagriones illos Templi profanatores exturbantem. Si quando paterfamilias per domum virga terribilis diſcurrit, perterriti filij ad matris conuolant ſinum. Vates Hieremias Deum deſcribit excandeſcentem ſub figura Iordanis rapido curſu defluentis: cum dicit: *Superbia Iordanis.* Dum enim hic fluuius de alueo exundat, quidquid occurrerit euertit: vt nihil ſit quod violentum eius repellat impetum. Solummodo tali in occaſione remedium filijs Iſrael arca fuit, ad cuius recurrerunt vmbraculum: ad illius enim præſentiam rapidiſſimum cohibuit impetum ſuum Iordanis, tutoque peruadarunt. O Iordanis eminentiſſime, quis in tua hodie non contremiſcat præſentia, videns quàm violento profluas impetu, quoſdam flagro cædendo, menſas euertendo, pecunias aliorum diſpergendo, omnia ſuſque deque conuertendo: *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Ad arcam eius diuinam confugiamus, quæ pariter eſt theſaurorum eius, Virginem, inquam intemeratam: hæc namque ſe opponit, hæc rapidos illos detinet curſus, ad eius recurramus vmbram, deprecemur, & quatenùs illam à Spiritu S. nobis obtineat, gratiam, eam deuotè ſalutantes: *Aue Maria.*

*Hiere.* 49. 19.

*Pſ.* 89. 11.

**§. I. *Prodigium eſt, aſſumi à Chriſto flagellum, vndè de hoc nobis attentius diſputandum.***

☞ 2 *Epiſt. ad Epiſcopos Galliæ c.* 2 *l.* 5. *c.* 8.

I. Ex notis oritur admiratio.

DOctor omni exceptione maior, & omnium ſuffragio irrefregabilis D. Auguſt. (ſic illum compellat D. Cœleſtinus Papa) in libris quos contra Manichæos ſcripſit, quandam Ariſtotelis Philoſophorum anteſignani trutinat ſententiam: quod admiratio ſit filia nouitatis, & mater Philoſophiæ: ea non admiraris, quæ quotidie cernis oculis, & vſu teruntur: quantumlibet enim magna ſint (inquit D. Auguſtin.) eis vſus ipſe omnem aufert admirationem. Vnde nec ſolis admiraris ſplendorem, non lucem mane orientem, opus auctoris naturæ ſingulare, nec lunæ pulchritudinem ad veſperam, quæ verè ſtupenda eſt, nec ſtellarum lumen quæ prodigioſo relucent ſplendore, & curſu ſunt admirabiles, quæ ſuſpendunt etiam acutiſſima ingenia; nec fontes admiraris, qui hinc inde de terræ proſiliunt viſceribus: quia hæc omnia, licet in ſe miranda, ſunt vſu viſuque familiaria. Porro ſi virum videris bicipitem, monſtrum informe, incognitum turbinem videas arborem fortiſſimam concutientem, radices furſum educentē: ſi naues per arua cerneres diſcurrentes, ſi pecora per maria inambulantia, hæc non leuem in te producerent admirationem: Et hinc oritur Philoſophia: Quia eo ipſo quo miraris, eius continuò cauſam incipis inueſtigare, & hoc eſt Philoſophari, vnde Philoſophi proceſſit illa ſententia: *Propter admirationem cœperunt homines Philoſophari.* Non mirabantur homines ſolem, ſplendidiùs orientem; porrò cum viderunt, quando minus hoc exſpectabant, quòd ſereno ſine nubibus cœlo, ſubitò paſſus ſit eclipſim & obſcuratus, hanc ſunt admirati nouitatē, quæ compulit illos, vt inquirerent, quæ ſubeſſe poſſet ratio talis eclipſis, vnde procederet, quis illam cauſaret, & hoc Philoſophiæ dedit initium. Hodie nouum quid, & numquam viſum aduertimus, ſcilicet, Deum furibus armatum, hos & illos cædentem. In omni æternitate diuina non reperies (inquit D. Chryſoſtom.) quod Deus per ſeipſum ſimile quid fecerit, ſed nec cuiquam vel talitrum impegerit: indignum enim Deo hoc eſſe iudicatur. Reges per ſeipſos ſubditis beneficia diſtribuunt, attamen numquam ſuis manibus quemquam aut percutiunt aut caſtigant: etenim à regia perſona ſunt hæc opera prorſus aliena: licet autem iudices per ſeipſos ad flagella reos condemnent, vel morti, pœniſque alijs adiudicent: non inuenies (inquit præfatus Sanctus) quod per ſeipſos illas mandent executioni: eſſetque indecentiſſimum, quod proprijs manibus vel capite plecterent homicidam, vel Latronem virgis exciperent.

*Ariſto. l.* 1. *Metaphyſ. c.* 2.

II. Admiratio parit Philoſophiam.

*Ho.* 43. *in Acta ad finem.*

III. Numquã viſus eſt Deus cũ flagello in manibus.

Expendit idem ad rem, ex quo ſumpſit D. Thom. & Cardinalis noſter Caietan. Quòd prudenter præceperit D. Paulus Epiſcopo, vt ipſe numquam manibus flagellum arriperet, nec quempiam manu propria fuſtigaret. Hoc etenim verbis illis intimat: *Non vinolentum, non percuſſorem.* Dedecet enim Epiſcopum, carnificem agere. *Turpe eſt Epiſcopo* (ſic ſentit Caietan) *Etiam iuſte percutere: Debet enim alienâ, non propriâ manu percutere delinquentes.* Et notat D. Thom. quòd egregiè cauſam huius indecentiæ ſignarit Apoſtolus, hæc duo coniunges: *Non vinolentum, non percuſſorem.* Non ſit amicus vini potus, non ſit percuſſor: etenim vinum immoderatè ſumptum, hominem reddit furioſum: qui non conſiderat, quid agat, nec quem feriat, hos & illos percutit quem propria non cohibet auctoritas, & dum quempiam hoc agentem conſpicimus, dicimus. Vino hoc agit agitatus,

IV. Eſt hoc illi indecorum.

*Ho.* 10. *in* 1. *ad Tim.*

*In c.* 3. 1. *ad Tim. lect.* 1.

1. *Tim* 3. 3

CAIET.

V. Epiſcopus non ſit percuſſor.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rus, ſuique minimè compos.

VI. Deus per alios ho. minis punit.

Cum hoc igitur Deus ſibi cenſeat inconueniens, nõ inuenies quòd per ſeipsũ ipſe puniat, ipſe flagellet, ipſe morte afficiat, ipſe patibulo ſuſpendat, ſed per carnificum, miniſtrorumque manus, vt ſolent Reges, & quilibet Monarchæ. Sic liquet, dum in populum ſuũ acriter irritatus eũ caſtigare determinat, manibus vtitur tyrannorum, vt carnificum miniſterio. Sic oſtendit de Nabuchodonoſor locutus, quẽ miniſtrum ſuum ſeruumq; cõpellat: idcirco hoc illi cõceſſit quod concedi ſolet carnifici nimirũ vt ſibi veſtes retineat interfectorũ, vt patet per Ezechielẽ. Similiter dum proponit contumacẽ punire Pharaonẽ: quamuis enim tam grauiter, vt nouimus, in eum excandeſceret, numquã tamẽ manibus flagrũ apprehendit, ſed per carnifices illũ caſtigauit, vt declarat Dauid ex ſententia D. Chryſoſt.

Pſ. 77. 40.

*Miſit in eos irã indignationis ſuæ, indignationem & iram & tribulationem, immiſſiones per Angelos malos.* D. Hier. legit. *Per Angelos peſſimos*: quia illas plagas, quibus puniebat in Ægypto Pharaonem, per Angelos malos inferebat. Et ſi earum aliquas per Angelos bonos immiſerit, vt D. Aug. opinatur, numquam tamen per ſeipſum illas intuliſſe perhibetur. *Deus non per ſeipſum punit, ſed per Angelos.* Ita D. Chryſoſto. Blaſphemum, maledicumque Sennacherib exercitum ducentem centum octoginta quinque millium, Angelico proſtrauit fugauitque miniſterio. Eodem modo Sodomam cæteraſque ciuitates fornicarias, quas punire decreuerat, fœdo vaſtauit incendio. Quinimo, in eo ipſo non leues offendes circumſtantias optimè propoſito conuenientes, quarum aliquas Doctor prædictus examinat.

In ca. 13. Iſai. & in c. 2. Ioel. & in Pſa. 77.

D. Chr. Ho. 43. cit. T. 5.

☞ 5 VII. Beneficia per ſe cõfert non ſupplicia.

Statuit Deus conferre beneficium Abrahæ dando illi filiũ, quem tantopere deſiderabat: ſub trium Angelorum figura deliteſcit, qui in ipſo feruore diei, luceque media, ad eius accedunt tabernaculum, quos ilico Abraham agnouit, & Deum in eorum perſona pronus adorauit: *Tres vidit & vnum adorauit*: Etenim diuinæ cognouit myſterium eſſentiæ, quod in tribus perſonis, vnaque conſiſtit, eſſentia. Domum ingrediuntur Abrahæ, & poſt puſillum, quis ſit aperitur, qui ſub figura trium virorum acceſſerit tantaque ſpondet beneficia; quibus Abrahæ tota gaudio ſubſilit lætaturque familia. Exinde migrare cogitat Sodomam, & ibidem non niſi ſub duorum apparet figura Lot, qui ſub ipſas noctis tenebras incogniti appellunt. *Venerunt duo Angeli Sodomam veſperi.* Lot illos vt peregrinos excipit, & noctu ad eius diuertunt domum, cui multis (a) vltro citroque interiectis, aperiunt ſe Angelos eſſe Dei miniſtros, ab eo miſſos, vt ſcortatricem illam funditus perdant ciuitatem, monentque ſeriò, quatenus cum vxore & filiabus ciuitate quantocius egrediatur; & ſub pœna capitis nullus retrorſum faciem conuertat, & hoc adeo ſeriò voluerunt obſeruari, vt, quia coniux Lot oculos ſuos retorſit, & quæ faciebant, quæque fiebant, videre cupiebat, ilico verſa ſit in ſtatuam ſalis. Admirabile myſterium. Vt Deus Abraham beneficio cumulet, ipſe comparet, medioque die proficiſcitur, quem totus agnoſcat mundus: hoc etenim illi perplacet, hoc exoptat, dum dona largitur, vt omnimodè cognoſcatur, velut vnus in eſſentia, trinuſque in perſonis; porro dum pergit caſtigaturus, non vult oſtendere, quòd in proprio vadat perſona, ſed Angelorum, & illi quidem duo proficiſcuntur. Faueat mihi Dominus, ſi tres de laribus Abrahæ diſceſſerint Sodomam verſus, qua ratione duo ſolummodo dicuntur appuliſſe: Quid tertius rerum egit? Ille eſt, qui Deum caſtigantem præfigurabat, nec vllo modo vult ibidem agnoſci nec vt trinus, quia tres non ſunt nec vt vnus, quia duo ſunt. Et in tenebris acceſſit. Phraſi ſcripturæ, noctis & tenebrarum opera, ea ſunt, de quibus erubeſcimus, & confundimur in illis agnoſci, & videri quòd illa faciamus. Phraſis eſt hæc D. Paulo familiaris, qui opera mala; opera vocat noctis atque tenebrarum. *Opera noctis & tenebrarum*, idcirco qui molitur quidquam agere ſibi prorſus inconueniens, nec vult agnoſci, noctis obſeruat caliginem, ita teſtatur ſpiritus Sanctus de adultero. *Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens. Quis me videt? tenebræ operiunt me.* Et ipſa veritas Chriſtus aſſerit: *Qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.*

Gen. 19. 1.

(a) Deſſunt ces de datas ij preſas.

Gen. 19. 1.

VIII. Vbi tertius Angelus remanſerit.

Ro. 13. 11.

Iob. 24. 15

Ioannis 3. 20.

IX. Noctis tenebras puniens obſeruat.

Rem cenſet Deus adeo ſibi indecora, manibus flagellum arripere, licet ipſe in propria non ſumat illud perſona, ſed ille ſolummodo qui ipſũ repræſentat, vt nolit, quis eum videat quempiã flagellantem: de hoc namque videtur pudore ſuffundi: quocirca ſẽper dũ deſcribitur caſtigãs, aliena licet manu, noctibus id feciſſe, perhibetur. In ipſis denſiſſimis noctis tenebris: *Cũ quietũ ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu mediũ iter haberet.* Trãſit in perſona Angeli percutiẽtis per Ægyptũ, & omnes occidẽtis primogenitos Ægyptiorũ. In obſcuriſſimo noctis venit in perſona Angeli, quẽ miſit vt cõtereret, deleretque copias regis blaſphemi Sennacherib. Noctu

Sap. 18. 14.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

manum miſit vt ſacrilegum impiumque regem plecteret Balthaſſar, quaſi videri refugiat, & tali hoc animo vt idcirco præcipiat, ne caput reflectant, qui Sodomis exierant, ea quæ fiebant ſpectaturi, videturque Deus rubore confundi, quòd eum videant caſtigantem ac flagellantem tem licet in manu conducta; quia vero vxor Lot eum vult intueri, puniatur.

D. Chr. Tom. 3.

Alia loca ponderat in huius confirmationem appoſitè D. Chryſoſt. Nominatim autem illum, quòd vt electos ſuos gloria beatificet, ipſe per ſeipſum hoc ſit acturus. *Quando beneficijs opus eſt ſeipſum benefactorem vocat. Venite Benedicti Patris mei percipite regnum*, &c. Vt autẽ iniquos plectat ſupplicijs, manibus vtitur alienis. Hoc etenim eſt quod ait ſe facturum dicens, *Congregate zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum*; Et cum ad nuptias indecentem voluit caſtigare ait, quòd dixerit. *Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores.*

Matt. 13. 30. Matt. 22. 13.

X. Nouum eſt videre Christum flagris armatũ.

Si hoc pro more Deus habeat, nouitas eſt extraordinaria, videre illum hodie, medio die, loco publico, nempe templo, eo tempore quo ex omnibus terræ Prouincijs concurſus erat populorũ maximus, modo quando populus eò confluebat, & vnus alterum propellebat, quòd ipſe flagellũ arripiat manibus, & omnes indiſcriminatim velut canes foras exterminet. De hoc vehementer obſtupeſco, quinimo & vehementius obſtupeſcemus, ſi conſideremus, quòd hoc fecerit ſub initiũ ſuæ prædicationis. Bis hoc egit primò, nũc, quãdo nondum erat mundo cognitus. Tempus iam erat, quo ſe mortalibus manifeſtaret, & primò in Cana Galilææ ſeſe diſcipulis declarauit, ſolemni illo miraculo, quò aquam in vinum tranſſubſtãtiauit. *Hoc fecit initium ſignorum Ieſus, & manifeſtauit gloriam ſuam.* Diſcipulis ſuis. Inde venit Hieruſalem circa feſtum agni Paſchalis, & hoc factũ eſt, ſic vt dicere liceat, primum hoc fuiſſe prodigiũ, quo ſe mundo manifeſtauit. Secundò factũ eſt Dominica Palmarũ ad vltimã vitæ ſuæ periodũ, quando templũ aſcendens, illud inuenit, ſicut modo profanatum, idemque fecit quod nunc: fuit enim hoc vltimũ opus, quo miracula ſua concluſit. Itaque flagellis initium finemque dedit ſuæ Euangelij prædicationi. Quid hoc cœlorum Imperator? quando cognomen tibi erat Deus vltionũ, & tuis inſcriptũ gerebas vexillis: *Deus vltionum*, indecorum tibi cenſebas, manibus flagellum arripere, & vt quiſquam te videret illo terribilem; modò autem dum prædicaturus veniſti ſuauiſſimam Euangelij legem, cuius te auctorem eſſe præferebas, toto ſpectante populo, loco ita publico, tempore tanti concurſus, talique loco conſtitutus id agis vt omnes te videant flagellis armatum, imo nunc hos, nunc illos cædentem?

Ioan. 2. 11

XI. Chriſtus manſuetus venturus eſſe prædicitur.

Inter alia quæ Iſaias de Chriſto prædixerat (vt exponit D. Matth.) hoc erat, quod venturus eſſet adeo manſuetus, vt nulla de cauſa bile ſe commotum oſtenderet, nec vocem altius ſolito attolleret, quodque tam longè abeſſet à comprehendendo quempiam, vt nec calamum quaſſatum confringeret, aut linum fumigans extingueret, ita vt maior nõ videatur dari poſſe manſuetudo. *Ecce puer meus*, &c. *non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius, arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet.* Et hoc ratio ſuadebat: veniebat enim in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis. Videamus igitur qua ratione hoc oraculum huic correſpondeat actioni.

Iſai. 42. 1. Matth. 12. 18.

Perpendit D. Hyer. quod Dominus eidẽ prophetæ mandauerat: *Paſce populum tuum in virga tua.* Virgam aſſume (hac enim cædebant) qua gregem tuum paſcas. Quomodo hoc Deus Michææ mandat, (quærit D. Hier.) ſi Apoſtolis ſuis officium iniungens paſtorum, iuſſerit, ne virgã tollerent, *Nihil tuleritis in via, neque virgã.* Ratio eſt, inquit, quia lex vetus, lex erat timoris, & idcirco populus ille duræ ceruicis virga regendus erat, quæ ea de cauſa neceſſaria erat: vnde quãuis illam Deus per ſe numquam ſumpſerat, vtpote ſibi non conuenientem, volebat tamen vt miniſtri ſui illam attollerent, & in altum coram omnibus erigerent, vt timerent omnes ſeſeque cohiberent. Porro lex Euangelica lex eſt amoris & ſuauitatis, vt autem pateret, quòd iam antiqui deſiſterent terrores, non tantum ille, qui auctor eius eſt, mitis apparuit & benignus, vt vates promiſerat Zacharias; omniſque eius actio lenitatem ſpirauit ac miſericordiam, inſuper & ſuis præcipit miniſtris, qui illam prædicant, ne quid tollerent in via quod flagelli minas redoleret aut vmbram eius præferret, quod terrorẽ incuteret. *Nolite portare baculum, neque virgã.* Igitur ea de cauſa, ſi Chriſto videatur indecens quòd Apoſtoli ſui virgã tollerent, geſtarentque manibus, quomodo is, qui huius eſt auctor legis Euãgelicæ; modo cum ſe mundo manifeſtat, illam prædicaturus & publicaturus, orditur aſſumpto manibus flagro, & nedũ illud oſtendit ſed inſuper in totius populi ſynagoga, loco adeo publico, per humeros illud tergaq; diſtringit templi prophanatorũ, eoſque canũ inſtar tanto exturbat cæditque furore commotus, vt omnibus metum

L. 2. in c. 7 Michææ. Miche. 7. 13.

XII. Virga antiquæ legis.

Luc. 9. 3.

XIII. Virga terroris nouæ legi prohibita.

adferat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adferat, tantum, vt eius vitantes verbera Ætro citius ſe de templo fugitiui proripiant.

Ho. 85. in Matt.

Subtilis illa fuit D. Chryſoſt. conſideratio ad ea verba, quæ Chriſtus Petro dixit ipſa ſuæ paſſionis nocte. Iudæi militũ caterua ſtipati accedunt eum comprehenſuri: quẽ quæritis? Reſpõdent: Ieſum Nazarenum: ait illis Ieſus: Ego sũ: cuius verbi tanta vis fuit, vt, velut ſi tormenti bellici fuiſſet laxata rota, illos perſtrinxerit, & in terrã confuſos victoſque proſtrauerit. A caſu reſurgunt, & ad Chriſtũ denuo reuertuntur, idẽ ab eis quærit: quem quæritis? iterum reſpondẽt: Ieſum Nazarenũ. Iam dixi vobis quod ego ſim, en ego, me ſolum capite. Petrus vt vidit, quòd violentas magiſtro ſuo manus iniicerent, ſuam gladio applicat, & Malcho Põtificis ſerno diſſecat auriculã. O Petre, ſic Chriſtus, mitte gladiũ tuum in vaginam, nolo tu me gladio defendas. An putas, quia ſi voluero, non poſſim recurrere ad Patrem meum auxilium poſtulans, & in momento temporis auxiliares mihi mitteret copias in eorum ſupplicium meique præſidium, pluſquam duodecim legiones Angelorum? *An putas quia non poſſum rogare Patrem meũ, & exhibebit mihi modo, pluſquam duodecim legiones Angelorũ?*

Matt. 26. 53.

XIV. Non vellet ſe Chriſtus manu propria, ſed Angelica defendere.

Si vnus Angelus (argumentatur D. Chryſ.) potẽs adeo ſit, vt ſub vna nocte centũ octoginta quinque millia bellatorum de caſtris deleat Sennacherib, quid eorum efficere credimus duodecim poſſe legiones: cum legio ſex milibus, ſexcentis, & ſexaginta ſex conſtet militibus; duodecim autem legiones numerum explerent ferè octoginta millium Angelorũ. Quærit D. Chryſo. quid hoc Domine? quæ premit te neceſſitas cum te velles defendere, & horũ inſolentiã reprimere, petere Angelos, qui hoc efficerent? Optimè nũc brachij tui declaraſti potentiam cum vnico verbo totam hanc proſtraueris Iudæorum militumque colluuiem? loquebatur de ſuppliciis Chriſtus, & tantum abeſt, vt ipſe ea per ſeipſum inferat, vt quaſi verò verius ſupponat, quod ſi caſtigare contumaces debuiſſet, hoc manu faceret aliena, & Angelorum miniſterio. Cum igitur in hoc caſu non conuenire ipſi videatur propria id manu exequi (quando proteruos illos punire vellet) peccatum licet maximum fuerit in ipſum commiſſum, quo vitam illi conabantur auferre, quomodo nunc ita in principio, cum crimen ſit leuius, ille ipſe eſt, qui flagellum arripit, ille ipſe qui propriis manibus infert ſupplicium, punitque ſacrilegos? Rem adeo nouam! dignum eſt (inquit D. Chryſoſt.) vt admiremur, & hæc nos moueat admiratio ad Philoſophandum, cauſam eius inquirendo. Quid ira te, Domine commouet, vt tam grauiter incandeſcas? quis te cœleſtis dulcedo ſic amaricauit? quis ad flagella compulit te fontem miſericordiæ? flagellis diriſſime cæſus (inquit D. Chryſoſt.) os tuum nequaquam aperuiſti: clauis in cruce confixus, tacuiſti vt agnus: nunc vero cum in te nihil habeant, nec flagris concutiant, quid eſt quod te tantum irritet, vt rem adeo nouam moliaris? Audiamus D. Chryſoſtomum: *Quæſitu dignum eſt, quagratia Chriſtus hic indignatus eſt, & maximè cum alias iniuriis contumeliiſque affectus, Samaritanus & dæmonium habens appellatus, nihil tale fecerit, nunc non contentus flagello, verbis etiam in eos inuehitur.* Rationem inquiramus.

Ho. 22. in Ioan.

D. Chryſ. Ho. 22 in Ioan. T. 3.

§. 2. Prope erat Paſcha, &c. *Congruenter incipit Chriſtus cum flagello: fundauit in timore Euangelium ſuum; eſt enim omnis boni principium.*

DIuino conſilio ſeipſum Chriſtus mundo manifeſtaturus, regnum Eccleſiæ ſuæ legemque fundaturus Euangelicã, per hoc opus principiũ ei dedit, quamuis enim ſuſcipiat in ſe legem amoris fundare: nihilominus vt illa firma cõſiſtat, ſanaq; conſeruetur illã in timore fundare eſt neceſſarium. Verè mirabilis eſt ille diſcurſus D. Aug propoſito conformis. Audax eſt homo, & temerarius, cui ſi digitum porrexeris, totam arripit manum, idcirco neceſſe eſt timore eius refrænetur audacia. Hinc Spiritus S. *Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua.* Sumit metaphoram ex doctrina Chriſti, & quotidiana experientia ex eo nimirũ quod domus firmitas principaliter pendeat ex fundamento: qua de cauſa ſapiens architectus, altum erecturus ædificiũ, hoc primùm ſatagit, vt pro fundamento petrã collocet ſolidiſſimam, qua ſeruetur immobilis. Deus omniũ eſt opificũ ſapientiſſimus, proinde ſuis ſtatuit ædificiis, vt firma conſiſtant, fundamentum quo nullum ſecurius. Et hoc timor eſt. Ita in primo illo opere contigit, quod erexit, naturæ noſtræ humanæ, primæuos parentes noſtros creans in gratia ſuaque fundatos amicitia. Vt autem hoc ædificium tutum eſſet, ac in legis obſeruatione, quã illis præſcripſerat, immobile, continuo timorem illi adiecit in fundamentum. Vnde mandatum illis proponens, quod ſeruari volebat, illos ipſa morte percellit ac perterret, dicens: *In quocunque*

5

Li. quæſt. veteris & noui teſtamenti. q. 102.

Ecc. 17. 4.

Matt. 7. 24.

I. Fundamentum domus Euangelicæ, timor eſt.

Gen. 2. 17.

*cumque die comederis ex eo morte morieris.* Diabolus hoc voluit euertere ædificiũ; quid egit? manum applicuit fundamento, illud de anima, quæ
Gen. 3. 4. in eo fundabatur; abſtulit, aitq; protoplaſtis: *Nequaquam morte moriemini.* Timore ſublato cuncta corruerũt. Vnde tanta tibi & effrœnis viuendi licentia, qua vita viuis adeo immorigeta, reiecto omni timore, Deum imperterritè offendens, grauiſſima piacula ea committens facilitate, qua
Iob, 15, 16. calicem aquæ ſumeres? *Bibis quaſi aquam iniquitatem.* Niſi ex eo quod tibi diabolus timorem abſtulerit, dicendo: *Nequaquam morte moriemini?*
II. Sublato timore cuncta corruunt.
ne timueris, non enim tam improuiſa morte hinc abripieris, vt nullum ſuperſit tibi remediũ, eſt vita, eſt pœnitentia, ſunt Sacramenta, ſunt confeſſarij, eſt paſſio Chriſti, eſt Dei infinita miſericordia. Sic loquitur Dauid: *Dixit iniuſtus, vt*
Pſal. 15. 1. *delinquat in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos eius.* Proponit impius apud ſe ſcelera cõmittere nequiſſima; vnde hoc? quia Deũ non timet. Quinimo de ſceleratioribus idem dixerat Da-
Pſ. 13. 9. uid: *Omnes declinauerunt*, &c. *ſepulchrum patens eſt guttur eorum*, &c. *veloces pedes eorum ad effũdendum ſanguinem.* Horum omnium cauſa hæc eſt: *Non eſt timor Dei ante oculos eorum.* Ob eandem rationem, erecturus Chriſtus Euangelicæ ſuæ legis ædificium adeo celſum, vt ad cœlum vſque pertingeret, & nos illi coniungeret, ac in illud introduceret, neceſſitas requirebat, vt firmiſſimum timoris præmitteret fundamentum.

III. Amoris lex timore confirmatur.
Nec huic repugnat, legẽ eſſe amoris, cũ ipſe doceat Spiritus S. quòd amor, vt firmus ſit & conſtans, ſit in timore fundandus, nõ ſeruili ſed filiali, & reuerentiali: Sapientis calamo deſcribit Spiritus S. mirabili oratione timoris Dei præeminentias, ex occaſione qua dixerat, prudentiſſimũ, maximiq; ponderis ſeniorũ eſſe conſilium, quando timore Dei commouentur. Et orditur dicens, quod nouẽ inuenerit, quæ cunctorũ ore ac calculo cẽſentur pretioſa, verbi gratia; habere filios morigeros, victoriã de hoſtibus reportare; mulierẽ fortiri prudentẽ, amicũ fidelem inuenire, &c. Veruntamen hoc vnũ cæteris caput
Ecc. 25. 9. attollere. *Nouẽ inſuſpicabilia cordis magnificaui, & decimũ dicã in lingua hominibus.* Et quid eſt hoc decimũ cæteris eminentius? *Timor Dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit.* Quaſi dicat: oleum cæteris liquoribus ſupernatat, & quod cætera debet ſuſtinere, ratio ſuadet, vt ipſum omni ſit ſolido ſolidius. Præcipue tamẽ ait, vt amor ſolidetur. *Timor Dei initiũ dilectionis.* Nullũ ædificũ ſtabile, niſi timore ſolidetur, nulla ciuitas, nulla reſpublica, regnũ nullũ floret pacificũ, niſi pro baſi timorẽ
IV. Timor cæteris ſupereminet.
ſuperponat. Omnes obſtupeſcũt quod Dauid cũ tantus eſſet Rex tã fortis, ſapiens, prudẽs, ab ipſo electus Deo, datuſque populo ne vel vno die pacificus in Regno ſuo reſederit. Ab ipſis regni ſui & ſupremæ poteſtatis incunabulis bellorũ motibus alteratur. Iã propria in illũ conſurgit tribus Iuda, iã aliarũ tribuũ fœdifragi ſeditiones mouent: filius vteri eius in patrẽ mouetur perduellis, & ad egreſſum de Hieruſalẽ patrẽ patricida compellit. Illius ſubditus Semei, puluerẽ in illũ lapideſque conijcit conuitioſus; dux primarius Ioab illũ minis aggreditur audacior. Ratio hæc eſt: quia mitiſſimus erat, & illi debitam denegarunt reuerentiã. Preces & ſingultus Abigail illum detinent, quando contra Nabal progreditur ſpirans minarum & cædis. Vnius mulieris Thecuitis oratio filio Abſalon patris impetrat indulgentiam: nouerant autem, quòd petendo ſolummodo veniam, cunctorum ſtatim criminum memoriam benignus abijceret. Ipſe hoc idem fatetur & pro eius remedio votis omnibus expetebat videre regni ſui habenas filio ſuo tradi Salomoni: quocirca ſic Deum, vt has illi traderet,
V. Cur Dauid in pace nũquam vixerit.
deprecatur. *Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis.* Et quid inde boni? *Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis.* Pax eſſe non poteſt, ſi non vigeat iuſtitia, & magna magnæ paci iuſtitia requiritur. Nec irrita vota. Pſ. 71. 1.

VI. Salomon faciendo iuſtitiam regnum pacificat.
Regni Gubernacula ſuſcipit filius eius Salomon intelligit autẽ, quòd Adonias crimẽ cogitaret inceſtuoſum, matrimoniũ ſcilicet cũ Abiſag. nouerca ſua, quæ patri ſuo Dauid nupta fuerat, licet intacta, quem illico mandat occidi, & occiditur, cui nec propriæ matris Bethſabee preces veniam vitamque valuerunt obtinerer licet illæ primæ eſſent quas filio iam Regi mater obtulerat. Confeſtim ad iudicium ex 3. Reg. 2. 23.
eius imperio trahitur ſacerdos Abiathar, neſcio ob quam in eum commiſſam culpam, aitque illi. Pater reuerende, modus ille tuus agendi periniquus exigebat, vt tibi vitam adimerem, ſed huius me reuerentia detinet, quòd arcam fœderis Domini coram patre meo Dauid tuleris, vnde hoc tibi ſupplicium imponitur, vt officio tuo defungaris, & foras ſecedas ad hereditatem tuam in Anatoth, ibique deinceps extorris viuas & ſolitarius. 3. Reg. 2. 26.
Poſt hæc milites vocat robuſtos, quibus imperat, vt Ioab ducem exercitus inquirant conſobrinum ſuum & vbicũque illum inuenerint, continuò trucident, ob commiſſa quædam ſcelera: quamuis autem Ioab huius planè conſcius ad altare confugerit velut aſylum, illudque fuerit complexus, præcepit 3. Reg. 2. 29.

nihilo-

nihilominus, vt eum eodem in loco, ſicut factum eſt, enecarent.

Nihil moratur, & rapi præcipit, impium illum Blateronem Semei, qui parentem eius Dauid tot enormibus conuitijs afflixerat, puluere ac lapidibus obruerat, atque illi: Numquid in mentem tibi veniunt, mortalium nequiſſime, calumniæ quibus parentem meum conuitiator irritaſti? Gratias age, quòd tibi vitam cum iuramento tutam certamque ſit pollicitus, verum in pace vitam non finies, nec deducam canitiem tuam pacificè ad infernos. (a) Ne ſub pœna capitis vrbe diſcedas Hieruſalem, ciuitatem tibi carcerem eſſe computes. Accidit, vt quadam die præſumpſerit, ad villam ſuam excurrere, ſibi perſuadens Regem oblitum eſſe interdicti: ſed fallitur: ex templo namque citatur, & interficitur. Elapſis ab hinc paucis diebus, duas videre licet mulieres, coram tribunali Salomonis de puerulo licetem habentes grauiſſimam, quam quælibet eſſe ſuum aſſerebat: quid Rex? afferte mihi gladium, puer medius diuidatur; quo factum eſt, vt quæ vera mater eſſet omnes agnoſcerent: quid inde fructus? quòd timorem vt lapidem angularem regno ſuo collocarit, vnde contigit, vt tanta regnum eius pace gauderet, vt in omnibus mundi Prouincijs hoc cognomine Rex pacificus haberetur. *Audiuit itaque omnis Iſrael iudicium, quod iudicaſſet Rex, & timuerunt Regem videntes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium.* Sapiens Rex quo ſuum in pace regnum ſolidum firmumque ſeruaret, timorem vt primarium lapidem ſtatuit, tot actibus ſeueræ iuſtitiæ ſolidiſſimum. Si hoc hac in ciuitate & Regno ſeruaretur, quam ſecura, quàmque læta continuo pace gauderemus. Hoc idem facere vult pacificus Rex noſter Chriſtus. Eius Reſpublica Eccleſia eſt, illam in lege pacis & amoris fundare debet, cui pro fundamento ſubſtemit timorem: quia *Timor Dei initium dilectionis.* Sunt autem homines, nefarij, qui amoris indicijs redduntur ingrati, ac refractarij, neceſſe eſt, vt ſciant, quod timere debeant ac revereri Deum, & ex hoc principio procedere debet, vt intelligant, quod quamuis Deus ſuauis ſit, mitis, ac benignus criminum indultor, puniat tamen, flagellet, & condemnet.

3. Reg. 2. 36.

(a) à leche de al médras.

3. Reg. 3. 1.

3. Reg. 3. 28.

VI. Chriſtus timore ſuam fundat Eccleſiam.

☞ 7 Ex hac doctrina rationem elicit D. Aug. cur in principio, quando cœperunt Apoſtoli prædicationem Euangelij, Deus determinarit, vt formidabile hoc Ananiæ & Saphiræ vxori eius contingeret facinus, de quo heri diximus, quòd venientibus fidelibus noviter conuerſis ac ſuarum pretium facultatum Apoſtolorum pedibus adijcientibus, illi acceſſerint, qui agrum vendiderant pretij partem clanculum ſibi reſeruantes, reliquam Apoſtolis tradiderunt, & cum Petrus eſſet adeo miſericors, vt Chriſtus eius manibus claues traderet indulgentiarum, vnico tamen verbo, quod ſingulis dixit in omnium oculis eos morte mulctauit inopinata. Quis non hoc admiretur, inquit D. Aug. quòd pro vnico crimine quidem adeo leui ſecundum omnium, opinione & cum iam incperet prædicatio legis gratiarum, remiſſionis ac miſericordiæ; tam ſeueram ſtrictamque ea de cauſſa iuſtitiam exerceret ille, cuius manibus Chriſtus claues commiſerat miſericordiæ & quidem tantæ, vt nullum exciperet peccatum, vt declarat nomen illud vniuerſale. *Quodcumque ſolueritis ſuper terram.* Expediebat, inquit D. Aug. vt pro baſi Euangelij timor Dei ſtatueretur, de quo dixit Dauid, eiuſque filius Salomon, quòd ſit initium ſapientiæ, vt hunc fidelium cordibus infigerent, ne crederent, quòd liberè ſe poſſent in omnes effundere nequitias, eo quod illis lex promulgaretur, ac prædicaretur amoris, gratiæ, ac miſericordiæ.

Lib. qq. veteris ac noui teſtamenti cit. Act. 5. 6.

VII. Probatur exemplo Ananiæ.

Matth. 16. 9.

Pſ. 110. 9. & Prou. 1. 7. & c. 17. & Eccl. 1. 16.

Quocirca addit D. Lucas, quid facinus illud hoc operabatur; non paruum ſcilicet timorem in tota Eccleſia. *Factus eſt timor magnus in vniuerſa Eccleſia, & in omnes qui audierunt hæc.* Idem enarrat D. Hieron. contigiſſe, cum adhuc ipſe iuuenis eſſet, & primas Grammaticæ claſſes frequentaret, illo flagello, quo Deus perfidum caſtigauit Imperatorem Iulianum Apoſtatam: dum enim hic toto mentis ardore, & œſtro percitus ferventiori Chriſtum eiuſque impugnaret Eccleſiam, multis circumuallatus legionibus, ſuos proſecutus conceptus, animique ſacrilega deſideria, Deus illum per manum Mercurij Martyris ſolo vulneratum proſtrauit: nam de ſepulchro reſurgens lanceâ cor eius peruaſit, occiditque ſacrilegum. Caſus hic Gentilibus timorem metumque incuſſit vniuerſalem, quorum primarius in hæc verba admirabundus prorupit. Quis eſt hic Chriſtianorum Deus? An nobis non ingerunt ac inculcant infinitam eius miſericordiam, cuius agnomen, de quo maxime gloriatur, ſit peccatorum, ſcelerumque patiens ſupportator. Veriſſimè videmus, quod non ſit cum eo iocandum: quia in offenſores ſuos tanto conuertitur ardore, punitque flagello adeo crudeli, vt terræ Principes non poſſent mulctare ſæuiori. *Dum adhuc eſſem puer, &c. ac ſubito in ipſo perſecutionis ardore, Iuliani nunciatus eſſet interitus,* eleganter

Act. c. 11.

VIII. Mors Iuliani Apoſtatæ metum incuſſit gentilibus.

D. Hier. In c. 3. Abacuc. in illud Dimiſiſti in ſapore. Tom. 6.

*vnus de Ethnicis: quomodo, inquit, Chriſtiani dicunt, Deum ſuum eſſe patientem, & ἀνεξίκακον? Nihil iracundius, nihil hoc furore præſentius, qui modico quidem ſpatio indignationem ſuam differre potuit.* Nomen hoc ἀνεξίκακον Græcum eſt, & Epithetum quo prædicatores Euãgelici Chriſtum honorabant, quod ſignificat Malorum tolerans. Hoc operibus illis intendit Saluator noſter, adeo ſtupendis, adeo tremendis, & quæ videntur, à miſericordia ſua, ac patientia prorſus aliena, vt timeas, quod ſi ſemel patienter tulerit, altera vice caſtigabit, ſed nec præſumas illicitas tuas omni timore ſolutus implere voluntates: nouit enim flagellum, dum vult, repetere, & iuſtum

Pſ. 2. 11. eſt vt conſilio Dauidis acquieſcas: *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Caue, nedum minus tibi caues, & viuis incurius ſuper te, ſicut ſuper hos, flagellum ingeminet iuſtitiæ ſuæ ſtrictiſſimum.

### §. 3. *Statuta Chriſtus ſubuertit, hunc autem conſeruat atrox inimicorum Dei percuſio.*

INgreſſum ſuum ſecũdò Dominus noſter exorditur quando ſe regno ſuo manifeſtauit, ſacri-

G 3 legos flagellans eorumque puniens ſcelera, atque exturbando illos, & hæc de regno ſuo, quo facto Principes Regeſque ac Iudices doceat, quid ſit, cui primario illis incumbat aduigilare cum primùm obtinuerint principatum, vt ſedes, regnaque ſua ſtabiliant, & quàm inſipiens ſit eorum modus procedendi: qui ſtatus ſectantur inſtituta, qui hoc principale ſtatuunt ſtatus ſui conſeruandi fundamentum, vt Princeps regni ſui gubernacula ſuſcipiat vrbemque Metropolim ingrediatur, peccata diſſimulans, omnes hilariùs excipiens, cuius ingreſſus ſit cunctis pacificus, etiam ijs aliquando, qui cæteris ſunt viuendi licentia temerariores: vt eo modo ad primum ſui ingreſſum ſibi corda deuinciat ſubditorum, omniumque demulceat voluntates.

I. Status lex eſt peccato diſſimulare.

Impia lex, lex iniuſta, quæ nedum bona non eſt, qua ſuum Rex regimen conſolidet, ſed vt eum funditus euertat. Impia primú eſt ac iniuſta. Si in hoc regnum Vicerex aut Gubernator ingrediens à Domino noſtro Rege conſtitutus, & intelligens, quod in tali vel tali domo proditiones in caput Regis texerentur, cuius ipſe vices ſupplet, quodque in coronam conſpirent, ſi occurrens, illos lautiùs haberet, liberè permitteret ſuas proſequi proditiones, vt eorum ad ſe alliciat voluntates, indubium eſt, quin eo ipſo cæteris omnibus proditorem ſeſe oſtenderet infeſtiorem, & diceretur, quod in eandem conſpiraret ipſe traditionẽ: quandoquidem conantibus illis Regi tollere de capite diadema, ſua ipſe diſſimulatione, illos diſponeret, quatenus ſcelus nefarium exequantur, ac regni coronam ſibi perduelles imponant. Dome-

II. Lex hæc eſt impia.

III. Similitudo.

ſticè notum eſt, quòd omnes Reges, Principes, Rom. 13. 1. gubernatores, terræque iudices, miniſtri ſint Dei, de quo cuncti ſupremam, quá pollent accipiunt, & habent poteſtatẽ, *Non eſt poteſtas, niſi à Deo*, & ea de cauſa omni ſunt reuerẽtia colendi, quia Dei locum obtinent, vt præteritis diebus exarauimus. Similiter & omnibus eſt in propatulo, quòd omnes, qui ſe mortali commaculant peccato, Dei ſunt proditores, quodque idem ſit peccare & manum ſuam contra Deum leuare, belloque Deũ laceſſere.

Primarium igitur ac principale Principum ac Regum intentum eſſe debet, vt illis ſeſe fortiter opponant, hoſteſque eorum eſſe comprobent, flagrum aſſumant, quo tales acrius puniant: qui hoc non agit, ſed conniueret, his illiſue blanditetur, ſineretque illos cœptas proſequi inſidias, eo nomine, quòd illorum ſibi velit lucrari voluntates, ſe nequiorem reliquis aliquo modo prodit eſſe proditorem. Idcirco contra tales formatæ ſunt grauiores illæ querelæ, quas Deus verbis exponit acerbioribus. *Audite Reges & intelligite, diſcite iudices finium terræ. Præbete* Sap. 6. 2. *aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo.* Reges, qui tales vos eſſe coronâ, ſceptroque monſtratis Principes, qui cæteris cathedras ſubliniores vos poſſidere gloriamini, vobiſque complacens, dum ſeruis, cuſtodibus, apparitoribus, totoque vos mundo cernitis circumuallatos, qui vobis plauſibus abblanditur, audite me, auſcutate me.

IV. Qui Dei hoſtes nõ arcet, ipſe hoſtis dicitur.

Primum quod vobis dico, & cui debitis attendere, hoc eſt, quod principatus, maieſtas, ac poteſtas, de veſtro non oriatur prouentu: quia ratione huius cæteris non eſtis omnibus digniores, viles vermiculi, ſed Deus eſt, qui vobis hanc indulſit potentiam, deditque celſitudinem, qui ſupremus eſt omnium, & altiſſimus Dominus. Hoc ſuppoſito, noueritis, quòd ſtrictiorem à vobis exiget rationem, quàm voſipſi à veſtris expeteretis œconomis. *Interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur.* Vos à ſeruis nullam exigitis cogitationum, ſed operum rationem, ipſe verò non ſolùm eorum, quæ feciſtis, & quomodo in operibus proceſſiſtis, ſed etiam intentionum,

V. Strictiſſimum iudicibus imminet iudicium.

tionum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſionum, quas in illis animo præfixiſtis, exquiret rationem. Seuerum tibi tribunal eriget, ad trutinam regiminis veſtri reuocans actiones, num prima fuerit hæc veſtra ſolicitudo, veſtraque intentio, totum veſtrum regnum, ſtatum, ac Rempublicam, cui principes præſidetis, in ejus conſeruare obedientia & ſubiectione, conati vt Deus inprimis colatur, eius præcepta cuſtodiantur, vel an voſipſos, in fronte ſtatueritis veſtræ ſingulariter ſtudentes incolumitati, ſubditorumque vobis pectora conciliatis, vobis vt ſint addictiſſimi, de cætero moliantur, quas velint, contra Deum inſidias: hæc enim eſt non toleranda proditio. *Quoniam cum eſſetis miniſtri Regni illius, non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis.* Cum Dei miniſtri eſſetis; hoc manus omnibus curaſtis, vt in regno ipſius cultus eius ac honoris ratio haberetur, veſtris ſolummodo commodis, lucriſque inhiantes. O perfidos miniſtros! *Cum miniſtri eſſetis*: cum Dei eſſetis œconomi, miniſtri ab eo conſtituti ad honorum eius, legumque conſeruationem, huic non ad laboraſtis, indigna contra nomen eius ſanctum ſenentes periuria, fœnerationes, adulteria, furta, luxurias, iniquitates, legi eius diuiniſſimæ repugnantes, præceptiſque refractarias.

VI. Principes primo ſtudeant honori Dei.

9

Secundò: leges ſtatus ipſius contradicunt conſeruationi. Nihil in ore Salomonis frequentius, nihil veriùs, quàm virtute regni ſtatum incolumem ſeruari, iuſtitia, Deique mandatorum obſeruantiâ propugnari, è contra verò nihil illum ſic euertit, ac Dei offenſæ, multaque ſcelera: Hæc etenim ſunt, quæ principaliter viam præparant, vt Reges regnum ſuum, ſuum Principes ſtatum, ſuas Barones Baronias, ſuas diuites perdant facultates, veridicam eiuſdem audiamus ſententiam, *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias & iniurias, & contumelias & diuerſos dolos.* Qua ratione fit hoc? Num ea ipſa tranſeunt alio regna? Nequaquam, ſed ea Dominus ab vno ad alterum transfert, his adimens, illiſque tribuens. Qua de cauſa? Propter peccata, quæ contra illum committuntur. Quod eſſe poſſet efficacius motiuum, vt Rex de ſua ſede. Proregem amoueret, quàm ſcire, quòd talis perfidus contra regium diadema toleret inſidias, & cum nequiſſimis cõniueret proditoribus? Et quid poteſt Deum potentiùs mouere, quo ſuis exturbet ſedibus, miniſtros ſuos ac Vicarios, Reges intelligo, & Principes, quàm videre, quòd indignas contra diuinam ſuam Maieſtatem taciti patiantur machinationes.

VII. Ob peccata regna tráſferuntur ad alios.

Eccl. 10. 8.

VIII. Similitudo.

Hanc expoſuit doctrinam inflato illi Babyloniæ Regi Nabuchodonoſor Propheta Daniel. Somnium Rex viderat, quo illi ſtatua illa tot varijs conflata metallis offerebatur ſpectanda, quæ paulatim in viliora declinabant. Nouit ergo Rex, hanc ſtatuam præſignare cunctas orbis Monarchias, quæ per varias diſcurrerunt nationes (de Chaldæis delapſus eſt principatus ad Medos & Perſas, de his ad Græcos) ex his migrabit ad Romanos, quod fiet, auferendo ab his aliјſque dando regimen, ſimiliter intelligit, qui ſic illa tranſmutat, Deum eſſe. *Sit nomen Domini benedictum &c. quia ſapientia, & fortitudo eius ſunt, & ipſe mutat tempora, & ætates, transfert regna, atque conſtituit.* Sicut etenim Rex de ſuis eliminat ſedibus ſeruos ſuos officij ſui immemores, Regiſque honoris contemptores, ac proprio ſtudentes emolumento, alios autem ſubſtituit, ſaniora, vt ſperat conſilia capturos, ita quoque Deus.

IX. Somnio probatur Nabuchodonoſor.

Dan. 2. 20.

Rex primus, quem Deus populo ſuo præfecit, Saul dicebatur, quia verò ſtatim ab initio regni ſui vltus non eſt iniurias diuinæ Maieſtati, illum ſceptro priuauit & regno, tranſtulitque in Dauid. Regem iungit Saulem; & primum mandatum, quod in ei per Samuelem Prophetam mandat, hoc eſt, vt ſciat, quòd Deus manibus ſuis regnum tradiderit Iſraëlis, hactenus perduelles adlaboret puniret peccatores, ſcilicet Amalecitas: *Me miſit Dominus vt ungerem te in regem ſuper populum eius Iſrael. Nunc autem audi vocem Domini &c. Vade & percute Amalec, & demolire vniuerſa eius.* &c. Domine, proprie loqui non videris. Vnxi te in Regem, hinc inferre debueras, vt gladium contra inimicos ſtringas mihi iniurios. *Vade ergo.* Notes illud *ergo*; eſt enim particula conſequentiæ. Subſiſte paulisper, Domine, potius videtur inferendum eſſe contrarium, vnctio nonne oleo facta eſt? Oleum numquid miſericordiam præfert? Illum oleo inungi mãdaſti: dicere ergo ei voluiſti, vt benignus eſſet & miſericors. Si hoſtium tuorum illum ſeruum voluiſſes vltorem ſanguine Regem inungeres. Male hoc intelligis. Oleo nouacula exacuitur vt capilli reſcindantur. Oleum eſt, quo lignum perfuſum flammas ignis concipit ardentiores. En ipſo quo Saulem oleo liniuit, ipſi quaſi dixit, quòd honoris ſui zeli ſeu flammis ſuccendi deberet vindicatoribus, gladiumque ſuum exacuere, vt limatâ velut nouacula omnes inimicos eius, velut capillos, ne relicto quidem vno deraderet. Thronum aſcendit Saul regalem, & ſibi perſuadet, quòd tanto illum non debeat rigore gubernare, quodque ad illius conſeruationem expediret vel

10

Saulis exemplo confirmatur.

1. Reg. 15. 1.

paululum diſſimulare, & aliquibus Dei hoſtibus largiri libertatem.

Ilico recurrit Dominus ad Prophetam illum, cuius eum manibus vnxerat, aitque illi. Vade, dicito Sauli, quod ſtultè nimis cogitauerit, & quo medio regnum ſibi ſuæque familiæ ſtuduit ſeruare perpetuum, eo ipſo perdidit, quia illa de cauſa hoc illi auferam, daboque alteri ipſo meliori. *Scidit Dominus regnum tuum à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te*; Sicque factum eſt, vt à Saule regnum transfertur in Dauid eiuſque familiam.

1. Reg. 15. 28.

Regnabat in pace opulenta Salomon, & ad regni conſeruationem, in varijs diſſimulat conniuetque idololatrijs. Apparet illi Deus, & ait. Ob hoc ipſum pax regni tui lætiſſima turbabitur, quia in tuæ negligentiæ ac ſocordiæ pœnam Adad Idumæus arma ſumet, quibus regnum tuum non minimè perturbabit; nec vana prædictio Regni tradidit Iſraëlis Hieroboam, hic verò vt illud domui ſuæ perpetuum annecteret, permittit ſtatuitque vitulos idololatriæ. Confeſtim monetur à Deo propheta, dicat Hieroboam, quòd illo ipſo quo regni ſui ſtuduit ſtabilitati, ipſum perdidit, quodque ſic cuncta diſponet, vt infauſto nimis ac lamentabili ſucceſſu domus eius ſit eruenda.

3. Reg. 11. 11.

XI. Nec non Salomonis exemplo.

3. Reg. 11. 11.

XII. Eadem de cauſa reijcitur Hieroboam.

Tradidit Deus mundi monarchiam, quæ tunc apud Chaldæos, reſidebat, Regi Balthaſſar, & hoc primum de eo nobis enarrat Spiritus S. quod regni ſuſceperit habenas, profanos, idololatras, laſciuoſque demulcens, illos regali, ac permagnifico recreans conuiuio, *Baltaſſar rex fecit grande conuiuium*. Sibi perſuadebat opportunum hoc ſtatus ſui ſtabiliendi medium, vt turbæ liberæ ac diſſolutæ, ſibi voluntates animoſque conciliaret, cuius actiones, & inordinata viuendi licentia in Dei tendebat offenſam atque Reipublicæ non leue detrimentum. Hinc ne, quærit Dominus, regni incipis gubernacula? Non tibi hic conuenit thronus, nec ea te mente in illum exaltaui. Statim igitur agit de illo exſtirpando, priuandoq; regno, & eo animo manum illam emittit omnibus notiſſimam, quæ cum omnes hilariùs compotarent, ventri indulgerent, rexque conuiuas gratanter exciperet, in pariete ſententiam illam exarauit, quam contra eum, eiuſque proditiones Deus tulerat iuſtiſſimam. Turbatur, alteratur, color deferuet naturalis, ob ſpectaculum adeo nouum, cœpitque, quod hoc ſit, intelligere. Habebat Deus ad manum Danielem Prophetam vt ex Dei nomine illi ſententiam exponat, & coram Rege conſtitutus, ſic ait. O Rex hoc velim, intelligas, Dominum eſſe, qui regna dat, quomodo, & quibus ſibi placet, illoſque in illis conſeruat, qui honoris ſui ſunt ſtudioſi, & ab illis aufert, qui eum aſpernantur. Dedit ſua benignitate Dominus regni gloriam ac poteſtatem patri tuo Nabuchodonoſor eamque tantam, vt mundum ſibi ſubiectum eſſe cerneret vniuerſum. Ingratus fuit, ſolio deiecit illum regio. *Depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria eius ablata eſt*. Regni tibi conceſſit poteſtatem: Si grauiter ille deliquerit, at tu multò grauiùs conſentiens fieri: ipſeque committeres in Dei nominis iniuriam, & non auditas ſacrilegas iniquitates. Scito, manu hac deſcriptum illud eſſe, nimirum ab imo conceptum eſſe, tibi regnum auferre, & inter Perſas Medoſque diuidere.

Dan. 5. 1.

XIII. Balthaſſar ob idē delictum regno priuatur & vitâ.

Dan. 5. 20.

Similibus ſcatet diuina ſcriptura ſucceſſibus, quibus inceſſanter erudimur, quòd Rex, ſiue Princeps, ſiue Iudex qui ſedem ſtatumque ſuum ſtabilire proponit, hoc primum oportet vt agat ad introitum ſuum, inimicum ſcilicet ſe demonſtret inimicorum Dei, flagellum arripiat, iniurios eliminet hoc etenim regnum reddit pacificum, & inconcuſſum. An putas ô Iudex, quòd in alterius e omnibus diſſimulans ſceleribus, ne tibi ſit moleſtus, medium ſit tuæ firmandæ ſedis aptiſſimum? Tandem ob rationem illam adimet tibi Deus quia ſicut elegit te, vt Reipublicæ diſponas negotia, in ordine ad ſui nominis obſequium, teque non exiguo præmio remunerabitur, ſi tale quid feceris, ita quoque te ſi in hoc deliqueris atrociùs, ſæuiuſque caſtigabit.

## §. 4. *Exemplis Ioſiæ Moyſique confirmatur.*

Hinc exorta ſunt encomia quibus Spiritus II
S. exaltat piiſſimum Regem Ioſiam verbis adeo præclaris, vt illis patentiùs videlicet Eccl. 44. 1.
oſtendat, quàm exanimo hoc aggrediatur. *Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris, facta opus pigmentarij. In omni ore quaſi mel indulcorabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini.*: Fuit illo Rex (inquit) velut paſtillus ex diuerſis aromatum ſpeciebus compoſitus, vnde accenſa eiuſdem memoria, ſuauem adeo odorem ſpirauit, vt corda recrearet mulceretque cunctorum. Vide cui comparet illum orbiculo, aromatico fumiganti, quo ſymbolo ſponſæ ſuæ vult extollere dignitatē, quādo de illa ſic ait: *Sicut virgula fumi ex aromatibus*. Eſt (ait) in lingua eius, qui de illo loquitur,

I. Ioſiæ regis præconium.

Cant. 3. 9.

fauus mellis, vel calamus aromaticus, eſt a'eo delectabilis grataque eius memoria, ac muſica in hilari conuiuio. Domine quid egit Rex ille, quo tantis illum efferas præconijs? *Tulit abominationes impietatis, & gubernauit ad Dominum cor ipſius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem.* Hæc eius prima fuit cogitatio, cum regni ſuſcepit gubernacula, qua cunctas abſtulit profanas immundaſque abominationes, quæ contra Deum committebantur. Quàm primum in throno ſedit regali: *Gubernauit ad Dominum cor ipſius.* q. d. Agnoſco Domine, quòd de manu tua ſuſceperim regnum, & eſſe Regem, nihil ſit aliud quam eſſe miniſtrum tuum; & ſicut fidelis ſeruus, oculos ſuos ſemper dirigit, in id, quod Dominus ipſius vult & ordinat, talem quoque eſſe me conuenit. Inuenit templum Dei profanis gentilium ſuperſtitionibus pollutum quæ in illo ita firmatæ erant, vt in eo cubicula eſſent erecta cunctumque vidit populum idolis cum ſuis altaribus fœdè contaminatum, non ſolùm in Hieruſalem, & circumquaque, ſed etiam vſque

4. Reg. 23. ad terram Ephraim & Manaſſes.

II. Ioſias tollit gentiũ idola.

Ingreſſus igitur hoc primum omnium agit, contra hæc omnia flagellum arripit, omnia ſacrilega templo exturbat, menſas & ædificulas euertit, ſolo proſternit huc & illuc idolorum altaria. Ne putaueris (monet Spiritus S.) facinus hoc fuiſſe vel paruum, vel muneris difficultatis: qui a rem habuit cum viris totius mundi principalioribus ac potentioribus, qui illius erant velut Domini, & optimates. Hoc ſignificat: *In diebus peccatorum.* Phraſis eſt ſcripturæ diem dicere alicuius, in quo ipſe poteſtate ſua, dominioque præualet. Sacrilegi, Deique hoſtes cuncta ſibi ſubiecerant: his non obſtantibus non veretur Rex pijſſimus illos præ cæteris impetere, Zelo adeo feruenti, animoque conſtanti, vt omnes ex templo eliminarit, omnes illos, eorumque deſtruens

III. Hoc facto ſibi regnum ſtabiliuit.

idololatrias. Hoc facinus fuit egregium, quò regno ſuo principium dedit operibus eminentioribus, quibus illud & ſibi ſuæque familiæ ſtabiliuit quàm fortiſſimè. Ac per hoc etiam incipit Chriſtus Dominus noſter, cuius regnum perpetuum eſſe debebat ac æternum; de quo dixit Angelus Danieli. *Regnum quod in æternum non diſſi-*

Dan. 2. 44 *pabitur, & regnum eius alteri populo non trade-*

Luc. 1. 32. *tur.* Et Archangelus cœlorum reginæ: *Dabit il-*

IV. Ita quoq; Chriſtus.

*li Dominus Deus ſedem Dauid, &c. regnabit in domo Iacob in æternum, &c. & Regni eius non erit finis.* Si Deus à populo ſuo regni gloriam, cui illam tradiderat, abſtulerit, hæc ea fuit ratio, quia regiminis ſui primordia non conſecrarunt ſolicitudini, ſeruidoque zelo diuini honoris, oppugnantes ac punientes eius profanatores. Ne timueris, domina, quod regi huic regnum ſit auferendum, vt alteri detur, quandoquidem omnis eius cura & ſtudium futurum ſit honoris ac gloriæ illius, à quo illud accepit, cuius honoris zelum aggreſſus, caſtigat ſtatim à principio eiuſdem profanatores.

Hinc Chriſti regnum exoritur, dum ipſe punit peccatores, & de templo mercatores eijcit, — V. Chriſtus Patris ſui honorẽ propugnat.

ac negotiatores, ſuis in eo diſtentos negotijs ac mercatibus, illud ab execrationibus mundat, & à peccatis contra Deum in domo ſua commiſſis purificat, deijcit menſas, exturbat emptores venditoreſque columbarum ac ouium, quas in templum vendendas adduxerant in eoque nec vnum de toto numero relinquit peccatorum, qui illud polluebant, oſtenditque templum eſſe Patris ſui æterni domum, cuius honorem contra profanatores propugnat, cuius pietatem, reuerentiam cultumque corroborat, cum illos doceat illa, quæ in templo æterno Patri ſuo eſſent præſtanda, ac obſeruanda. *In diebus peccatorum corroborauit pietatem.* Illis ſtrenuè ſe oppoſuit, quos nullus arguere præſumebat: eo quod eſſent Præſides, Iudiceſque populi, eorum principaliores, qui ſub pallio Religionis ſuam celabant auaritiam, & contractus ac negotia, quæ in templo agitabant, conabantur honeſtare. Illis ſe opponit aduerſatius, illos acriter reprehendit, temploque eliminat flagelli verbere profanatores.

Hæc omnia, quæ Chriſtus acturus erat, prædixerat olim Dominus per Sophoniam Prophetam verbis ſupra modum apertis, iuxta D. Hieronymi expoſitionem. *Væ prouocatrix & redemp-* — In Sophoniã.

*ta ciuitas; columba non audiuit vocem, & non ſuſ-* — Sophon. 3. 16.

*cepit diſciplinam, in Domino non eſt confiſa, ad Deum non appropinquauit. Principes eius in medio eius, quaſi leones rugientes, iudices eius lupi veſpere non relinquebant in lucem.* Omnia verba hæc (teſte D. Hieron.) ſunt contra Hieruſalem. Væ tibi ciuitas, quæ quodam tempore fuiſti vt co- — VI. Peccata Hieruſalẽ exponuntur.

lumba, fellis omnis, malitiæ & abominationis expers: Nunc autem plena ſceleribus, ac perpetuæ ſubiecta ſeruituti, & iterum ex illa per Dominum abſoluta. Væ tibi ciuitas prouocatrix. Græcus textus, pro verbo *prouocatrix* ſupponit, *Deum amarum faciens.* q. d. Ciuitas quæ peccatis tuis in Deum commiſſis, qui ipſa eſt ſuauitas ac dulcedo, ipſum Deum amarum ſeuerumque reddidiſti, & pijſſimum ac clementiſſimum effeciſti vindicem, & rigoroſum: ita vt peccatis tuis facias, vt velut coactus per vim Deus, qui miſe-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miſereri, debuerat, tuas adeo ſuperbas caſtiget abominationes, Dei præcepta iuſſaque paruipendiſti, diuinas eius audire voces contempſiſti, vitiorum tuorum correptiones nec admiſiſti, nec emendaſti, nullum tibi, quas in laboribus miſit admonitiones, fructum attulerunt, aduerſitatibus te grauiter afflixit, nec ad earum leuamen ſpem tuam in Deo ſtatuiſti, nec paſſum quidem pedis in via, quam te docebat, protuliſti, docebat inquam, illis vocibus, quibus te inceſſanter erudiebat. Inſuper dicente tibi eodem Domino per vatem Hieremiam, *Ego Dominus appropinquans & non de longè*, *ipſa appropinquare noluit*, dum enim Dominus appropinquaret, procul aufugiebas, & illum apud te tenere contempſiſti. Statim deſcribit Principes eius, iudices, prophetas & ſacerdotes. De Principibus eius ſic ait: quòd ſicut leones ſemper ad prædam ſunt parati, & ſanguinis effuſionem, illi quoque eodem animo, vt ſuam expleant auaritiam, & ſuorum ſubditorum impendio, crudelitatem. De Iudicibus eius, quòd raptores eſſent, & primæ notæ latrones, qui eo modo facultates inuadebant alienas, vt alijs minimè locum concederent, qui cum eadem eſſent conditione peruerſi, manum ad aliquid eorũ poſſent mittere, quòd ipſi reliquiſſent. De ſacerdotibus tale fert iudicium, quod in ipſo ſanctuarij loco, ipſa committerent maximè horrenda ſacrilegia, & contra eiuſdem legis decretum, ſua vellent offerre ſacrificia: Vt etiam quia erant ex alienis rapta facultatibus, iuſtitiæ repugnabat, illa adducere, etiam vt eadem Deo conſecrarent. Super hãc ciuitatem adeo ſacrilegam, perditam ac nefariam, prædicit ſe ſtatim mane venturum, vt tribunal erigat, reſideat eiuſque ſeuerus iudex ſcelera iudicet, & puniat iniuſtitias. *Mane, mane iudicium ſuum dabit in lucem.* q. d. quòd patenter ac manifeſtè eorum ſit iudicaturus iniquitates & abominationes, illaſque publicè condemnaturus. *Mane, Mane* id eſt valde diluculo: quia ſtatim à ſuæ prædicationis exordio, quando doctrinæ ſuæ lucem cœpit manifeſtare, quando ſolis inſtar per mundum lucis ſuæ radios emittere diſponebat, tunc temporis, cœpit exercere iuſtitiam, & iniurias ſceleraque vindicare, quæ illi in templi ad Patris ſui æterni dedecus nominiſque eius patrabant ignominiam.

Hierem. 23.23.

VII. Chriſtus iudex prædicitur Hieruſalem.

Gen. 19

Locum videtur ſpectare Geneſeos. Peccata Sodomorum clamabant in cœlum, Deumque grauiſſimè irritabant, quæ in illis fiebant diuinæ maieſtati debitæ reuerentiæ contraria. Hoc in ſtatu deſcendit Dominus ſuper illos, & in medio reſideus eorum, oculos circumquaque reflexit, vt proprijs oculis omnium videret iniquitates: ſicut re ipſa illas conſpexit, omniumque ac ſingulorum grauitatem conſiderauit, & ſtatim mane, mane, ad primos ſolis radios, flammarum cœpit radios ac ſulphuris demittere ſuper omnes nefandarum illarum ciuitatum habitatores, quibus cunctos interfecit, eorumque domus ac ædificia redegit in cinerem, perpetuo deſolanda, ac deſerenda, in ſeuerum iuſtitiæ diuinæ monumentum.

VIII. Deus

Sodomã luſtrat & perdit.

Hoc idem ſpectare licet in filio Dei, deſcendit in mundum factus eſt homo, in eorum ſe ſtatuit medio, ſicut paulo ſuperius præcurſor eius fuerat vaticinatus. *Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.* Ipſe Dominus ſuis oculis ſcelera contuetur, quæ ipſi in templo faciebant offenſas in Deum commiſſas, quæ iam ad ſummum pertigiſſe videbantur: tunc mane, mane iudicium ſuum dabit in lucem: Summo mane ad primum ſuæ prædicationis exortum, ad primam eius lucem; quando lucis ſuæ doctrinam præparabat effundere, vt illam mundo communicaret: tunc templi progreditur punire profanatores, eos illo eijciens, ne vno relicto, ſæua verberum intorſione menſas ſolo proſternens, earum pecunias huc illucque diſpergens, foras columbas oueſque, quas vendendas aduexerant, eliminans. En tibi qualis templum ingrediatur, manibus flagrum præferens, illos vt canes percutiens, temploque exturbans ſacrilegos.

Ioan. 1. 26.

IX. Chriſtus templum ingreditur & punit ſacrilegos.

Quantum noui, David illum intuitus ſic alloquitur: Domine mi, quàm prudenter procedis, & quàm bonum collocas fundamentum ad ſedis tuæ perpetuam regnique ſtabilitatem, hoc illo ſupplicio: *Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ.* Auderem & ego dicere, quòd Dominus hic præclaram impleuerit Malachiæ prophetiam. Abſoluit vates ſecundum caput, voces deſcribens, quas multi in populo Dei ſpargebant, videntes illis omnia proſperà fortunà ſuccedere, qui plebis erant nequiores, illis nimirum, qui in templo maiori vigebant auctoritate, erantque eius miniſtri, in quo coram oculis Domini ſuas patrabant nefandas iniquitates: quibus ſic annotatis, dicebant: Fieri poſſe nemò credit, quin illis affatim adeo benedicens Deus, oſtendat, hæc eorum ſibi placere peccata; quod ſi ſecus ſit, vbi eius iuſtitia? qua ratione tanta patitur, quo iure diſſimulat? *Dicitis, omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini, & tales ei placent; aut certè vbi eſt Deus iudicij?* Caput tertium verbis orditur Dei, quibus illis integrè ſatisfacit. Ne tibi perſuaſeris, gratas eſſe mihi illorum

12

Pſ. 88. 15.

X. Satisfacit bonorum querelis.

Malach. 2.17.

lorum abominationes aut dormitare me aut conniuere, Amen Amen dico vobis. *Statim veniet ad templum ſanctum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis.* Aduerbium illud, *ſtatim*, in Hebræo ſignificat *ſubitò*. Diligenter attendite, ſubitò vobis apparebit, vos incurios apprehendens, *Ecce venit, dicit Dominus exercituum.* Et ſcitote, quod ad primum introitum quem eo tempore faciet, quo ſe mundo manifeſtabit, adeo terribilis apparebit, vt non leuem omnibus ſit illaturus formidinem: oſtendet enim ſe incenſum inſtar ignis, ardentiori Zelo commotum. Quando reiecta omni cura ſuis ſecuri vacant voluptatibus, illis ſubitò apparebit, eas aggredietur de templo, ſuiſque extirpare ſacerdotibus, hos purificans. *Ipſe quaſi ignis conflans &c. Purgabit filios Leui.* Non capio: diſce hoc igitur in eo, quod agit in initio prædicationis ſuæ: actum attende, quo, ingreſſus in templum cœpit ſe mundo manifeſtare, quòd velut ignis, honoris paterni Zelo feruidus, conetur Sacerdotes, Leuitas, eiuſque miniſtros purificare, ſacrilegam eorum ac mercatorum caſtigans auaritiam, quibuſcum fœdera ſociarant, ſuis lucris & commodis inhiantes.

Malach. 3. 1.

XI. Chriſtus zelo feruidus Sacerdotes à vitijs purificat.

XII. Tale eſt officium, ſuperiorũ.

Si congruum ſit illud principium, tale ſimiliter & tuum eſſe deberet ô Princeps, Gubernator, Iudex, Prælate, tuumque hoc indefeſſum exercitium nullas admittere in Republica profanitates, aut quidquam honori diuino iniuriam, & ea intentione præcipuos impugnare, qui ſub titulo ſuæ poteſtatis ac conditionis, mille fœdantur luxurijs, puellæ caſtitatem, viduæ honeſtatem, coniugatæ fidelitatem euertentes, qui luſus ſectantur, ludoſque conſeruant aleatorios. O quam firmiter ſtabiliretur Reipublicæ ſtatus ac pax, tuaque tibi filijſque tuis ſedes ſeruaretur & auctoritas. Et ſi flagellum arripere non audeas tales puniturus, tu ipſe à ſede exurge, priuſquam illa te Deus exturbet: iam enim te præmonuit, dicens: *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.*

Eccli. 7. 6.

Ore ſuo calamoque Spiritus S. virorum illorum ac amicorum ſuorum aggreditur encomium patrum illorum antiquorum, quos vocat *viros glorioſos. Laudemus viros glorioſos.* Indubium enim eſt, quin nullus animo magis ſyncero, quam ipſe, ſibi proponat, amicos ſuos honorare, eorum extollere præcellentias, decantare virtutes qui verè ſe earũ reddit præconem vocaliſſimum: illas enim modò publicat verbis, nunc canticis celebrat cœleſtibus, huic adlaborans, vt modis omnibus honorentur, ita vt Dauidi dicere licuerit: *Nimis honorati ſunt amici tui Deus.* Exorditur igitur expendens puritatem Henoch, quæ tanta fuiſſe creditur, vt eum carnis ſuæ mortalis pondus minimè perturbaret, quo minus in corpore & anima transferretur in paradiſum. Eminentem trutinat Noë ſanctitatem: cum enim totius eſſet mundi caro peccatis corrupta, ſuauiſſimus virtutum eius odor cor Dei ſedauit ira commotum. Progreditur fidem vitam exaltans amici ſui fideliſſimi Abrahæ, heroicam filij eius Iſaac obedientiam, prærogatiuas Iacob omnino ſingulares, qui velut vinea fuit ex quo, velut palmites duodecim, pullularunt Patriarchæ, quos Deus vt vineæ ſuæ propagines elegit. Deinde Moyſen prædicat, aitque de illo: *Dilectus Deo & hominibus Moyſes, cuius memoria in benedictione eſt, &c.* Duaſque in eo mirificè celebrat virtutes, quæ cæteris palmam eripuerunt: quarum intuitu conditio eius excellens fuit, & ob illas elegit eum Dominus inter omnes in Principem ducemque populi ſui Iſraelis, nimirum fidelitas, benignaque manſuetudo: *In fide & lenitate ipſius, ſanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.* Illæ fuerunt duæ præclariſſimæ columnæ, ſuper quas ſuum erexit firmauitque principatum.

Eccli. 44. 1

Eccli. 45. 1

XIII. In Moyſe laudantur fides & lenitas.

Huc ſpectat, vt opinor illud quod ipſe Deus duobus illis germanis Moyſi dixit Aaroni & Mariæ; cum enim ambo fuiſſent de Moyſe malè locuti, Deus ipſe cauſam ad ſuum reuocauit tribunal, & Mariam lepra reſperſit fœdiſſima, Aaronem autem durius increpauit, dicens: Noſtiſne vos de quo murmuretis? Noſtiſne quis ſit frater veſter Moyſes? Primò: omnium eſt fideliſſimus ſeruus, quem habeo in toto terræ regnorumque meorum Dominio. *In omni domo mea fideliſſimus.* Secundò: vir eſt, quo mundus non habuit viditque mitiorem. *Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.* Erat autem in ipſo manſuetudo, virtus; quia blandus non erat quaſi effæminatus, ſeu elumbus, ſeu meticuloſis. *Erat vir.* Vir adeo robuſtus, vt vnico verbo quempiam occideret, ſicut Ægyptium interfecit, verbis illum terrefaciendo. Duas has in miniſterio ſuo virtutes oſtendit: fidelis erat Deo cuius vices gerebat, & blandus hominibus.

Num. 12. 7.

Num. 12. 3.

XIV. Fides ad Deum prior eſt.

Verumtamen attende quòd primum locum fides ad Deum inconcuſſa tenuerit: illius enim prima fuit ſolicitudo, vt Dei honorem ſtrenuè propugnaret, ac nefarios qui illum læderent minimè toleraret. Vnde cum peccatum illud aduertit à populo contra Dominum ſuum commiſſum,

Exod. 32. 27. miſſum, ipſe gladium arripuit, & omnibus qui ſtabant à parte ſua, præcepit vt ſuos quoque caperent, & omnes occiderent quotquot inueniſſent Deo refractarios, nec patribus, matribus, amicis, fratribuſque parcerent. Cum diuino iam ſatisfactum eſt honori, punitique eiuſdem profanatores, eximiam præferat monſtretque manſuetudinem punitis, erga afflictos, procuretque cibum fame deficientibus, licet educatur ille de nubibus, & potum ſiti arentibus, licet ab ipſis exuberet ſilicibus, petriſque duriſſimis. Et in proprijs iniurijs perferendis ſit adeo manſuetus ac patiens, vt dum populus eum conatur lapidare ſeditioſus ad Dei tabernaculum recurrat pro lapidantibus interceſſurus, deinde cernens non ſemel ſed ſæpius Deum gladio armatum diſtricto quo populum interficiat, illum amplexus ſic oret: Domine, ſi furor tuus in illos deſæuiat, en primum me ſiſto trucidandum, en ego, quem ante omnes gladius iræ tuæ feriat.

Prodit in pulpitum Apoſtolus Paulus & ait: Hæc aduerte, Moyſique nota fidelitatem, quæ talis in eo commendatur, qualem in fideliſſimo ſeruo conuenit inueniri; qui hoc primum ſatagat, vt honorem Domini ſui incolumem defendat, eiuſque ſe ferox opponat irriſoribus qualem, obſecro, cenſes eſſe debuiſſe Chriſti fidelitatem, qui merus ſeruus non erat Domino ſuo, ſed verus Patri ſuo naturalis filius? *Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo Dei tanquam famulus, &c. Chriſtus vero tanquam filius in domo ſua:* qui filius futurus erat Patri ſuo fideliſſimus, domum eius ingrediens, & aduertens quod Patris honorem pedibus protererent, & in facie illum contemnerent, hoc egit; ſumpto flagello, templi cecidit profanatores, eoque verberibus exturbauit, dicendo. *Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Hoc incumberet faciendum Iudicibus ac principibus, qui ſe filios Dei per gratiam eſſe gloriantur, attenduntque Deum vt patrem ſuum, de quibus poſtmodum.

Hebr. 3. 5. XIV. Chriſti erga Patrē fidelitas.

§ 5. Inuenit in templo, &c. *Magnum piaculum, eius qui Deum in domo ſua irritat, tendit laqueos in Maſphat, & retia in Thabor, ipſis lamijs ſceleſtior.*

Tract. 10. in Ioann.

PLures rationes facti huius Domini noſtri ſuperaddunt SS. PP. Primam indicat D. Aug. quia Chriſtus ad motum adeo inſolitum agebatur: videlicet, quia tædebat illum, videre in domo ſua tantas committi contra Deum iniurias. *Inuenit in Templo.* Illæ autem Zelum excitarunt: *Zelus Domus tuæ.* An ergo nullæ erant in Hieruſalem nequitiæ? redundabat illis, & longè grauiora ſpecie erant ea, quæ in populo illo fiebant: homicidia, adulteria, latrocinia, proditiones. Vt quid igitur tam indignè fert, quæ hic ſcelera committuntur? quia ſuprema ſunt, & quæ maximè poſſunt illi diſplicere, quantum ad particularem circumſtantiam. Hæc vna viro dignitate honorabili maxima poteſt inferri ignominia, ſi in propria domo ab alio eam accipiat. Apud quaſlibet nationes, propria cuiuſque domus locus eſt aſyli atque tutiſſimus. Qui timet, ne hic aut illic, aut alibi ſibi ſit inferenda calumnia hoc agit, in domum ſuam ſe recipit. Si eo contenderent maleuoli illum offenſuri, hæc ſumma diceretur iniuria, & vt talis per legum ſancita prohibetur: vnde crimen eſt capitale hoſpitij læſio vt ais (a) Sermonem habuit admirabilem Dominus cum Propheta Zacharia. Dabo tibi rationem, ô Propheta mi, cur me ſubtraxerim, & in domum meam ſeceſſerim: quia iniuriam mihi non tolerandam irrogarunt. *Si quidem & anima mea contracta eſt in eis: quia anima mea variauit in me.* Pulcherrimus loquendi modus, ex eo ſumptus, quod tibi aliquando contingit. Amicum habes; qui tibi fidem & amicitiam addixit: illi præſtas beneficium, & ille tibi, nullus inter vos locus diſcernitur, ambo pariter ambulatis comeditis, recreatis, & aliquando pariter in eodem lecto dormitis. Porro poſt puſillum, intelligis, quod incipiat à fœdere reſilire, verbo ſuo non ſtare, quòd peruersè malèque tibi reſpondeat, nec ſincere tecum ambulet, non candido agat animo; tuiſque cum hoſtibus conueniat: hoc autem agis, ſubducis te ab illo, ſeccdis in domum tuam, aiſque, ſi quid voluerit, in domo mea inueniet. Domine, qua de cauſa, de eius te ſubtraxiſti ſocietate, cur in domum ſeceſſiſti ab eo, cum quo per forum, per plateas, per campos, domique vtrique verſabaris? quia fœdus amicitiæ mihi violauit.

I. Circumſtantia domus propriæ ſcelus aggrauat.

(a) Quebrantamēto de albergue.

Zacha. 11. 8.

II. Similitudo.

Deus cum primum amicitiæ fœdera cum hoc ſuo populo ſanciuit, domum non habebat particularem, quamuis enim in illa fœderis arca lateret, porro hæc certum fixumque non habebat locum, vnde nunc eò nunc illò transferebatur, cum illis per deſerta gradiebatur, cum illis Iordanem tranſiuit, cum illis terram intrauit promiſſionis: quando bella flagrabant ibi Deus in arca ſua incedebat, quando ſe negotia offerebant particularia, ſimiliter faciebat. Pactum cum populo

III. Applicatio ſimilitudinis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

15

pulo illo Deus inierat amicitiæ, & populus cum Deo vt patet in illa ceremonia quam fecit Moyſes, tot immolando, & mactando boues, aſpergendoque populum illorum ſanguine: qui idcirco dicitur *ſanguis fœderis.* Attamen elapſo paruo tempore, cognoſcit Deus, amicitiæ fœdera ab illis diſſoluta, quòd agant cum ſui nominis inimicis dæmonibus ſcilicet, illos in idolis adorando: ſubducit ſe: *Anima mea contracta eſt*, in domum ſuam ſecedit, templum erigit, vt ſit illi domus & ait: In domo mea reſidebo, ſi quid volueris, hic me conuenito. Quis ergo credat, quod dum ob peccata, quæ patrabas, in domum meam ſeceſſerim: modo non tibi ſatis ſunt illa, quibus extra illam me prouocas, inſuper & huc venias illa in ipſa domo mea commiſſurus!

Exod. 24. 8

Hæc maxima fuit contumelia, quâ diabolus Iob, imo ipſum Deum ſuperbus irritauit: quod efficeret modis omnibus, vt Iob Dei domum ingrederetur, illique in faciem mille exprobraret iniurias. (a) Gloriabatur non medicum diabolus, ex eo quod totum ſibi ſubiectum haberet mundum omneſque ſibi famuli ſeruirent promptiſſimi; quærit ab illo die quodam Dominus, *Vnde venis* Reſpondet. Perambulaui mundum, etenim meus eſt, & per illum liberrimè, ſicut per domum meam obambulo *Circuiui terram, & perambulaui eam.* Non omnes tui ſunt, inquit Deus, adeſt mihi conſtantiſſimus amicus Iob nomine. Amicus Domine? da mihi licentiam, & id efficiam vt domum tuam intret, ibique in faciem non tolerandam obijciat, euomatque blaſphemiam. Hoc ſummum eſt quod contra te fieri poteſt, vt nedum in mundo te prouocent homines, vbi tibi ſeruiunt omnes, ſed etiam, vt ad illum accedant locum, in quem ſeceſſiſti, te ſpectante, maieſtatem tuam offenſuri. *In faciem*, in tuo conſpectu: hæc prima & vltima eſt diaboli ſolicitudo, quâ ſe putat Deum grauius irritare. Quòd in tripudijs choreiſque ſis impudicus, iam hoc ipſe poſſidet, quòd ſis in foro fraudulentus: hoc ad eum pertinet. Sua reputat omnia mundi loca. Hoc autem præ cæteris procurat, vt illi loco manum injiciat, ad quem Deus confugit, ibique illum perſequatur: videtur enim dæmonis hunc conatum fuiſſe, vt Deum ex hoc mundo per hominum peccata, ſceleraque eliminaret. Cernit, quòd in domum ſuam refugiat, & hinc quoque illum ſtudet exturbare, huc te adducit, vt in conſpectu eius peruersè te geras, plurimaque committas ſcelera.

(a) *quatro peſares.*

*Iob. 1. 7.*

IV. Diabolus Deū toto mundo etiā Templis exturbare ſtudet.

Hic eſt doloris ille ſenſus, ac Zelus, quò Deum vidit Ezechiel acriter conturbatum. Zelo feruet Dominus ardentiſſimo, iurans, quòd tam peruerſam ſit gentem deleturus. Domine, qua de culpa? dicam tibi. Iam vides, quòd ob mundi crimina non vulgaria, me huc in angulum iſtum ſubtraxerim. Scias igitur, quòd etiam hic mihi moleſtiam faciant ſuiſque me perſequantur iniquitatibus. Qui fieri poteſt hoc Domine? ſuſtulit illum in ſpiritu (qui corpore erat in Babylonia) adducit in Hieruſalem, & coram templo conſtituit, aitque illi: *Fili hominis, putasne vides tu, quid iſti faciunt: abominationes magnas, quas Domus Iſrael facit hic, vt procul recedam à ſanctuario meo*? Vtinam peccata, quæ hic fiunt conſpiceres? quæ Domine? Perfode parietem, *vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt hic.* Perfodit, aperitque Propheta parietem, ingreditur, tantoſque reperit ſerpentes, lacertos, bufones, immunda reptilia, quoſdam autem ſeniores canis crinibus albeſcentes, & in Iſrael auctoritate potentiores, illis velut dijs adolentes incenſum, tanto indè aſcendente fumo, vt illis ipſis oculos obfuſcaret. Heu Domine mi, & quidem tanta in domo tua ſcelera? Progredere vlterius, Progreditur propheta, & inſuper offendit multitudinem, mortem deflentium Adonidis, Veneris olim amaſij. His maiora conſpicies, ſi ad ſecretiora penetraris. Penetrat vates, & quoſdam videt iuuenes, Dei ſanctuarium deridentes, illique irreuerenter terga vertentes, nec non Deo terrorem incutientes. Credamne Domine hæc in domo tua committi poſſe ſacrilegia? Hoc, inquit Dominus, fero permoleſtè, hæc me commouent peccata grauiſſimè, *quæ faciunt hic.* Hic mihi in faciem, me vt vulpem irrideant, quæ de loco fugiens in quo à diuerſis moleſtatur, ad ſuum recurrit antrum, vbi tantus excitatur à venatoribus fumus, vt illa hinc exire vel inuita cogatur. Numquid dolendum hoc tibi videtur, & quod contra illos durus egredi, vel inuitus egredi debeam?

Ezech. 8. 6

V. Ezechiel videt peccata Iſrael in domo Dei perpetrata.

Hoc quotidianum eſt. Totus mundus peccatis ſcatet & malitijs: Deus ad templum ſuum ſeceſſit: *Anima mea contracta eſt*, Videtur quod omnia deſeruerit, & Deum homines toto, mundo extorrem eiecerint, qui diabolo cuncta dedicarunt, quàm aptè dicere potuit, quod per eum velut per domum ſuam obambularit. *Circuiui terram & perambulaui eam.* Fora publica, baſilicas, emporia, theatra, prata, plateas, domus, ſua eſſe hæc omnia gloriatur. Quid eſt in

VI. Omnia peccata ſunt.

hoc vniuerſa ſine peccatis, iniuſtitijs, furtis, la-
Hiere 5.1. trocinijs, vſuris, periurijs, blaſphemijs, adulterijs,
impudicitijs? *Circuite per vias Hieruſalem*, cla-
mat Hieremias, & videte quid inueniatis, niſi
vnum hic, & alibi decies multiplicata peccata?
Oſe.4.2. *Maledictum & mendacium, & homicidium, &
furtum & adulterium inundauerunt, & ſanguis
ſanguinem tetigit.* Aſſerit vates Oſeas: Contrahit
ſe Deus in domum ſuam ſuôque ſe templo con-
cludit. Quis fieri poſſe credat, vt in tam puſillum
VII. locum quem ille ſibi elegit in refugium, acce-
Loci ſacri das; vt illum exterreas? Huc irrepunt lacerti,
expēditur colubri, bufones reptilia, contemptus, & igno-
circum- miniæ. Tuiſne ſufficiunt hæc fora murmuratio-
ſtantia. nibus? Non tuis hæ baſilicæ fœnoribus? Non
tuis hæc emporia fraudibus? Non tuis hæ do-
mus contractibus? Non tuis hæ plateæ profani-
tatibus ac leuitatibus? Ad templum, quo ſe
Deus ſubduxit, feſtinus properas, & ad vſque
eius adyta illum ferox perſequeris, ibique fu-
mum vis illi de ſtramine paleiſque adolere? Ex-
pendit Rex Aſſuerus inſolentias Aman, quas in
palatio ſuo, ſuaque patrabat præſentia; indicauit
autem hoc in ſui nominis non leuem fieri igno-
miniam, proinde ea de cauſa tantam hanc eſſe
cenſuit proditionem, vt nulla dari poſſe iniquior.
Eſther.7.8 *In domo mea me præſente.* Hæc erat Dei querela
per vatem Hieremiam expoſita. *Quid eſt, quod
Hierem.11 dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?*
15. Quòd iniquus ſis in foro, in plateis, in domo
maledictionis, malum eſt, ſed tranſeat, attamen
eſtnè poſſibile, quærit Dominus, vt in domo
mea me præſente tam grauiter me exacerbes,
explodas, irrideas? Hoc eſt quòd Dominum co-
git manibus arripere flagellum.

☞ 16 Optimè ſolidata fuit illa Dei per Oſeam pro-
Oſea. 5, 1. phetam expoſtulatio. *Attendite domus Iſrael, &
domus Regis auſcultate: quia vobis iudicium eſt.*
Filij domus Iſrael, eiuſque nobiliores aures ar-
rigite. Scitote quod Dominus vos condemnarit,
vt manibus vos tradat inimicorum. Hoc ſignifi-
In c.5. cat verbum illud *Iudicium*, ita vt interpretatur
Oſee. D. Hieron. Et ob quod, quæſo, crimen Domine?
*Quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & rete
expanſum ſuper Thabor.* In Hebræo vox illa, *ſpe-
culationi*, eſt *Maſphat*, & ita legunt aliqui. *Quo-
niam laqueus facti eſtis in Maſphat, & rete expan-
VIII. ſum ſuper Thabor.* Erant autem Maſphat & Tha-
Montis bor duo præcelſi montes Deo conſecrati: quia
Thabor Maſphat proximus erat Silò, vbi pluribus annis
præcel- erectum manſit tabernaculum, & fœderis ar-
lentia. ca requieuit, ibique multo tempore habitauerat
propheta Samuel nec non eodem in loco, cum
Deus populo illi grauiter eſſet infenſus, illum
Samuel congregauit; vt Deo per pœnitentiæ
opera reconciliaretur & in cuius proteſtationem
hauſerunt aquam fuderuntque coram Domino. 1.Reg.7.6.
Thabor ab initio mons habitus eſt ſanctus. In
eo magnus Sacerdos & Rex Melchiſedech ob-
uiauit Abrahæ regreſſo à cæde Regum, quos
clade percuſſerat vſque ad internecionem. In
eo celeberrimum obtulit illud vini panisque ſa-
crificium, tot myſterijs, ſacriſque veneran-
dum. Illuc Dei populus in vnum conuenit, vt
ſeſe Siſaræ ducis & hoſtis, copijs opponeret,
ibique ſeſe ad pugnam præparauit, ſub ante-
ſignanis exercitus prophetiſſa Debbora, & Ba-
ruc. Ibi tres illi erant viri præclariſſimi, qui
aſcendebant cum Deo familiarius acturi, & qui
& munera Sauli dederunt ſupremi prognoſtica
principatus. Et abſolutè Deus huic per Hiere-
miam videtur tribuere præ cæteris montibus
prærogatiuam, dum ait: *Sicut Thabor in mon- Hierem.
tibus.*

Proditores nefandiſſimi, vos eſſe condemna- 46.18.
tos arbitremini: *Iudicium vobis eſt*: Quando qui- IX.
dem laqueos, & muſcipulas exponatis in Maſ- Peccata
phat, retiaque veſtra in Thabor extendatis. An inDei do-
vobis tot veſtri non ſufficerent montes, tot pra- mo facta
ta, veſtris laqueis, retibusque expandendis ido- grauiora
nea, vbi veſtra colitis idola, ſacrificia immolatis, ſunt.
& frequentatis commeſſationes? *In excelſis*, ſed
ad ſacros meos accurritis montes laqueos præ-
paraturi? Hoc Deus fert ægerrimè. Quòd la-
queos tuos alteri pares decipiendæ, ibi in tri-
pudijs, & choreis: & tu retia laxes, quibus pau-
perculum inuoluas, eique facultates adimas tuis
in baſilicis & emporijs: quòd oculos tuos dila-
tes inſtar retis, quo mulierem concludas, videas,
& tuam illaquees in feneſtris, & recreationibus
animam: porro in loco ſacro laquei, retia,
decipulæ? Hic retia? hic contractus? hic côn-
fœderationes? hic confabulationes? hic detra-
ctiones? Hæccine Deus coram ſe inulta patie-
tur?

Dauidem attende hæc dicentem: *Leua manus Pſ.73.3.
tuas in ſuperbias eorum in finem.* Domine de illis X.
tale ſupplicium ſume, quo cunctos ad nihilum Illa Deus
redigas. Ictu percute adeo vehementi, vt peni- inulta nõ
tus confringantur. Hoc indicat: *Leua manus* patitur.
*tuas.* Quando niſu contendis percutere vehe-
mentiori, manum attollis, & tantò altius, quan-
tò ictus futurus eſt vehementior. Nec ſatis eſt
Dauidi petere vt vnam eleuet manum, ſed am-
bas. Ambabus percute manibus, vt in æternum
pereant, hoc eſt *In finem* ita legit Felix: *Exalta*

*per ſe*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cuſſiones tuas ad ruinas in æternum.* Et contra quem? contra ſuperbos, temerarios, audaculos. *In ſuperbia eorum.* Et quinam ſunt illi? qui te ſpectante, tibi in faciem ſcelera auſi ſunt patrare grauiora. *Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto, & gloriati ſunt, qui oderunt te in medio ſolemnitatis tuæ!* Heu Domine, qualia in templo ſancto tuo crimina? *Quanta malignatus eſt &c.* Emphaſim huius verbi perpende: *Malignatus eſt.* q. d. Quales machinas ſatanæ ac diaboli moliti ſunt in templo tuo, quibus nec ipſe poſſet diabolus de ſpecu infernali contexere indigniores. An grauiores eſſe contra Deũ omnes poſſent diaboli machinæ, quàm abuti ipſa Dei domo, & miſericordijs, quas in ea conſeruat in maiorem eius offenſionem? Et veſtræ numquid acerbiores poſſunt eſſe machinationes, quâm vt ipſo Dei templo, eiuſque feſtis ac ſolemnitatibus aquamini, vt veſtras contra illum concludatis, & executioni mandetis iniquitates: quia locum ibi veſtris in ædibus non habuiſtis? quot conueniunt huc, vt ſira hic conſilia conferant & conſpirationes, quas ibi haudquaquam perficere potuerunt, vbi illos vel mariti, vel ſocrus, vel ſeruorum impediuit præſentia, nec non vt altero die diximus, Deum eiuſque domum pallium ſuis capiunt ſacrilegi nequitijs, tegumenque proditionibus.

XI. Templũ à multis vt pallium capitur peccatorũ

☞ 17

*Thren. 4. 3*

Appendit in ſtatera iudicij Heremias propheta ſceleratam Hieruſalem, quam dicit lamijs ipſis crudeliorem, & ſtruthionem imitari: *Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos, filia populi mei crudelis quaſi ſtruthio in deſerto.* D. Hieron. hæc verba interpretatus quem ſequitur Angelicus Doctor, aduertit diſcrimen inter Lamiam & ſtruthionem. Supponit autem id quod dicit Chyſoſtomus Dion, & poſtmodum placuit D. Gregorio, quod Lamia beſtia ſit, quæ in intimis Africæ deſertis inuenitur, vultum mammaſque præfert ad inſtar mulieris formoſiſſimas: reliquo corpore beſtia ſignatur. Et hæc crudeliſſima: quia diſcerpit homines, eorumque corda deuorat, vnde & Lamia dicitur (teſte D. Iſidoro) *à laniando.* Nihilominus catulis ſuis crudelis non eſt: illos etenim in ventre ſuo concipit & gerit, vbi formantur & creſcunt vſque ad tempus partus, quos parit, & natos, ipſa fouet ſuiſque enutrit alitque vberibus. Porro ſtruthio naturam habet Lamiâ crudeliorem, quam Deus Iob exponit: eſt enim auis quæ ipſa ſua concipit oua, ſuiſque fouet viſceribus, & excludit: veruntamen illa confeſtim radijs ſolis exponit, qui illa lumine ſuo cooperit, calefacit, & viuificat, quod dicimus ſolis pallium quæ velut ſub eius vmbraculo ac protectione, a luce illius caleſiunt, fouentur, viuificantur, & tandem pulli in lucem excludentur. O te crudelem (inquit Deus) non enim pullis tuis fuiſti vt lamia, miſericors, ſed vt ſtruthio, ferociſſimus.

XII. Lamiæ & ſtruthionis natura diſſimilis

*In c. 4. Thren.*

*Apud Calepinum verbo Lamia.*

*Liber 19. Mor. c. 15. & l. 33. c. 32.*

*L. 8. Etymolog. c. vlt. ad fin.*

*Iob 39. 15.*

Quoſdam video ſceleratos, vt lamias, qui pectore ſuo peccatum concipiunt, illudque formant ac componunt, & illi ipſi verſutijs ſuis illud pariunt & ſuſtentant: ille qui ſuis in vanitatibus ibi verſatur, ipſe illas efformat, & opibus ſuis, velut lacte ſuſtentat. Ille qui in nundinis & ferijs ſuas exponit decipulas, texitque fraudes, quibus pauperculum irretiet. Ille qui cum ſuis duelli conſiliarijs agit de ſumenda vindicta, fouetque illam, ac familiæ ſuæ diſpendio enutrit; Ille qui per tertiam perſonam, ac munera innocentis euertit oiuculæ ſimplicitatem, mali ſunt hi omnes, ſed lamiæ conferendi: nam concipiunt, fouent, pariunt filios ſuoque lacte conſeruant. Alios noto peccatores ſtruthioni comparandos: illi namque ſuas in cogitatu concipiunt iniquitates, illaſque ſuis formant viſceribus: verum cum commoditatem non habeant, qua illas perficiant, & opere impleant, ſolis ſibi ſumunt vmbraculum. Sol Deus eſt, eius templum, myſteria, feſta, pallium quo operitur. O Anima inimica (loquitur Deus) lamiâ nequior: tu namque tuo concipis pectore nequitias, in ipſo vana tua effingis deſideria, & impudicas foues intentiones: quia vero modum non inuenis, quo illas in mundo opere perficias, ſolis tibi pallium aſſumis, ſcilicet templum, in quo diuina lux eſt ac refulget, & calor confertur cœleſtis: hic talem videre præſtolaris: quia domi tuæ minimè potuiſti, hic loqui conaris illi, cui alio loco loquendi tempus non habuiſti: hic inhoneſti vigent contractus: hic viſus impudici, ſigna nutuſque ſcandaloſi, quas peiores dederis mihi machinationes, quàm ipſi Deo, cum ipſis ſuis ſolemnitatibus, ſacraque domo bellum inferre crudeliſſimum? *Quanta malignatus eſt?*

XIII. Peccatores qui Lamijs comparentur.

XIV. Qui vero ſtruthioni

D. Ambroſ. Exponens quo conſcendere poſſit machinatio quædam, vt dicatur eſſe maligna in ſupremo gradu, illam perpendit Iudæ proditoris verbis illis regij prophetæ: *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, &c. Tu vero homo vnanimis &c.* Supremam attende Iudæ proditionem: quæ ex eo quod Chriſtus illum ſtatuerit, & elegerit, vt ſibi faceret amicum, ſecumque per charitatem vniret, dum illum ad ſuam admitteret ſocietatem, menſæque conuiuam, oſculum præberet pacis; ius

D. AMB. *Liber 3. Offic. c. 16. quod eſt vlt. ad fin. Tom. 1.*

*Pſ. 54. 14.*

XV. Iudæ ſummum ſcelus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pacis; inde grauiſſima malignatus eſt, ex ipſa medicina venenum hauſit, vt illum poteſtati traderet inimicorũ, qui illum crucifixerunt. Audiamus D. Ambr. verba. *In ipſo proditore Dominus hoc grauiſſimum inuenit, quo eius condemnaret perfidiam, quod gratiæ vicem non præſentauerit, & conuiuijs amicitiæ venenum malitiæ miſcuerit.* Ex eo venenum elicuit in quo Dominus illi parauerat antidotum. Vah quàm maligna prauaque cogitatio! & quàm peruerſa erit illa tua, qui de ipſo templo, ſacriſque ædibus, quas tibi Deus tribuit, ac de eius ſolemnitatibus & feſtis ea mente inſtitutis, vt te illi per amicitiam & charitatem vnires, tibi præuales, vt tuas impleas traditiones; & ipſa medicina venenum miſces iniquitatis.

VII. Templi violatio ſummum eſt ſcelus

Hoc Dauid accuratè perpendit. O Domine, *quanta malignatus eſt inimicus in ſancto*? quot nequitias, quot piacula? Hic ad ſuas confluunt conſpirationes, quas domi ſuæ non fas erat exequi: hic ſigna nutuſque ſuos tuto perficiunt, hic viſus ſunt inhoneſti, hic riſus, hic confabulationes: & quod ægrius fert, hoc eſt: quod *Gloriati ſunt in medio ſolemnitatis tuæ.* In feſtis celebrioribus Eccleſiam in palatium vertunt, & hic tripudia, & hic vanitates, & hic quidem accurrunt vt videant, aliæ vt videantur. Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur vt ipſæ. *In medio ſolemnitatis tuæ.* In Hebræo ſcribitur. *In medio templi, in quo agitur ſolemnitas.* Non enim ſufficit illis quòd totum polluerint mundum, ſed inſuper digniores domus tuæ dies commaculant, dum huc veniunt, te ſi blaſphaturi: quis hoc non indignè ferat? An hæc inulta tranſibis? *Leua manus tuas*, Apprehende Domine manibus flagellum, talem indecentiam, talemque ſæuè caſtiga inſolentiam. Sic nunc agit contra ſacrilegos templi profanatores. Duo Dominus in terra quaſi propria poſſidebat templum & ſacrificia in eo dedicata: his duobus illum impugnant eſtq; adeo nefaria eorum malignitas, vt ſub nomine ſacrificiorum vſuras & auaritiæ ſuæ palluent incentiua, templum verò in ſtabulum ouium boumque commutent. O traditores: ferueat in illos Dei flagellum. Tu conſidera, num illud agis: examina te ipſum, an ex numero ſis eorum, quos Dauid ſugillat impudentiſſimos. Quid rerum agis in Eccleſijs? quas proditiones, quas laſciuias in eis non malignaris? Caue tibi, flagellum Deus arripiet.

### §. 6. *Singulari modo Deus eſt in Templo: quia ſingulari modo in eo operatur.*

HInc liquidò patet, quàm ſtrictè teneamur 18
templa revereri vt loca ſancta & particularia, ad quæ Deus ſe ſubtraxit, & ſeceſſit. Non parua continet myſteria viſio illa Patriarchæ Iacob, quam habuit in loco illo, vbi nundum erectum erat templum, nec erectum fuit centenos poſt annos, attamen illum Deus ad hoc deſignarat. Proficiſcebatur pijſſimus adoleſcens in Meſopotamiam, oppreſſit illum inexſpectata nox in prato deſerto, voluitque requieſcere, & paululum obdormire. Intempeſtæ noctis ſilentio videt aperiri cœlum, apparuitque illi mirabilis illa ſcala, quæ cœlum terræ connectebat, & qua patebat tranſitus de terra in cœlum: hic legiones vidit Angelorum aſcendentium, & deſcendentium Deum in ſummitate innixum omnia illi ſecura tutaque promittentem. Expergiſcitur Iacob attonitus, & ſupra modum expaueſcens in tres has erumpit voces: prima eſt: *Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.* Secunda; *O, quam terribilis eſt locus iſte!* Tertia: *Non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli.* Mirabiles omnino ſunt hæ ſententiæ, & illas expediret intelligere, licet aliàs de illis aliquid dixerimus.

I. Viſio Iacob de ſcala expenditur.

Gen. 28. 16.

Prima: *Verè Dominus eſt in loco iſto.* Quid ais Iacob, quid Patriarcha loqueris? qui locus eſt, vbi Dominus non ſit? *Cœlum & terram ego impleo*, per Hieremiam aſſeuerat. Et Dauid proteſtatur, quod nuſquam ire poſſet, vbi Deum non inueniret. *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cœlum tu illic es, &c.* Quid plura, veridica eſt Theologiæ definitio, quam Theologiæ princeps dat D. Thomas, non ſolum per ſcripturas, ſed etiam per euidentes probans rationes: quod Deus ſit in omni loco per eſſentiam, præſentiam & potentiam: *Nullus eſt locus in quo non ſit Deus*, aſſerit D. Aug. Verum eſt, fatetur D. Thom. & nihilominus ſic eſt, quod Deus ſingulariter ſit in duobus locis, ibi ſuperius in cœlo empyreo, & hic inferius in templo. Quia dicitur Deus in illis eſſe rebus per illud quod in eis operatur. In omnibus rebus operatur Deus, licet non ſit, niſi dando illis eſſe quod habent, aut illud conſeruando, quocirca neceſſarium eſt, vt in cunctis illis ſit: quia impoſſibile eſt, quod aliquid ſit, aut eſſe habeat, niſi Deus illud ſuſtentet & conſeruet.

Hiere. 23. 24.

Pſ. 138. 7.

D. Aug.

II. Deus triplici modo vbique præſens eſt.

III. Sed ſingulari modo in cœlo & in templo

Porro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Porro noueris quòd in duobus locis operetur illa quæ ſibi ſunt maximè propria, in cœlo empyreo opera gloriæ, & in templo opera gratiæ, & ea de cauſa dicitur ſingulariter, & particulari veritate eſſe in illis: quocirca verè occinit S. Propheta Rex. *Dominus in templo ſancto ſuo; Domino in cœlo ſedes eius.* Pſ.10.5.

IV. Similitudo.

Axioma certiſſimum eſt apud philoſophos, quòd intellectus hominis eſt in omnibus & quibuſlibet corporis partibus: quia intellectus eſt in anima indiuiſibiliter: & ſicut anima eſt in qualibet corporis parte, quia ipſa diuiſibilis non eſt, ſic & intellectus eſt: nihilominus & hoc verum habemus, quòd intellectus ſingulariter ſit in capite: ibi namque agit & producit actiones ſibi proprias, vbi ſunt ſenſuum organa, quæ diſponunt ad intellectionem, vt philoſophi declarant. Deus intellectus dicitur, omnis creaturæ, & hoc nomine cõmuniter apud philoſophos cenſebatur, eos preſertim qui ſententiam ſectabantur Platonis, qui ab illis *Mens* eſſe dicebatur. In omnibus partibus ſua præſens eſt diuinitate, verùm ibi ſingulariter, vbi producit actiones ſibi ſingulares: Gratiæ videlicet & gloriæ: idcircò namque canit Pſaltes regius: *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Pſ.83.12.

V. Deus Mens eſt.

☞ 19

VI. In cœlo opera producit gloriæ, in templo gratiæ.

An igitur aliud nihil dat? Non tribuit vitam, ſenſus, motus, alimenta fructus, fontes, plantas? Omnia hæc an dona non ſunt conditoris? Sunt vtique: verumtamen illi proprium eſt, gratiam largiri & gloriam: hoc etenim agentis opus eſt principale, quo producit effectum ſibi ſimilem. Deo ſimiles ſumus per gratiam & gloriam: eſt enim gratia, teſte D. Petro Apoſtolo, diuinæ quædam eſſentiæ participatio, & per hanc efficitur homo participatiuè Deus: gloria vero gratia eſt conſummata, qui enim hanc obtinet, vt credimus D. Ioanni, Deo ſimilis efficitur. *Similes ei erimus:* Opera gloriæ producit in cœlo empyreo, quod ex induſtria ad hoc conſtituit. *Ibi magnificus Dominus noſter:* ait Iſaias. Vbicumq; volueris Deus eſt, at in cœlo particulariter: qui *ibi* ſicut in proprio loco ſuam oſtentat magnificentiam, ſua perfectiſſimè diſtribuẽs bona, ſuam gloriam, diuitias ſuas, quidquid habet, etiam ſeipſum electis ſibi chariſſimis. Opera gratiæ ſingulariter producit & exercet in templo ſuo, in quo omnia ad hoc diſponuntur. Hic fons eſt, in quo baptizaris, primaque tibi gratia conceditur. Hic Chriſma ſeruatur quo in gratia confirmaris. Hic locus eſt Confeſſarij, vbi dum illam perdideris, iterum inuenias: idcirco dicitur templum: Domus ſalutis, ſicut Domus Zacchæi, & erigere templum, eſt erigere domum ſalutis, ea præcipuè intentione inſtitutam, vt in ea Deus opera ſibi propria efficiat gratiam, dona, miſericordiam. Hoc probè callu erat ſapientiſſimus Salomon, quãdo ædificato templo in eodem loco, vbi Iacob obdormierat, & de quo loquutur, illum Deo conſecrans, expendens beneficium ſibi præſtitum ſic orat: *Ergone putandum eſt, quod vere Deus habitet ſuper terram? Si enim cœlum & cœli cœlorum te capere non poſſunt, quanto magis Domus hæc, quam ædificaui? &c. De qua dixiſti. Erit nomen meum ibi, vt exaudias orationem, quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus.* Quid ais Salomon? *Ergone putandum eſt quod vere Deus habitet ſuper terram?* Meo quidem iudicio ſenſus hic mihi videtur adeo planus, vt potius contrarium eſſe dixerim inſipientiam. Quis cogitare poteſt, in quo Deus verè non habitet, ſuper terram? Ille, qui rationis adeo eſt expers, vt illi qui dicebant: *Noſtra non conſiderat, & circa cardines cœli perambulat.* Congruè loquitur: non enim interrogat, quis cogitare poteſt, quòd Deus in terra ſit, iam enim familiariter notum eſt, quod vbilibet ſit Deus, ſed quod habitet ſuper terram, hoc eſt, quòd in terra locum eligat ſibi ad habitandum ſingularem, qui ſuus eſſe dicatur, habitaculum ſuum, qui locus ſit operum ſuorum productor, donorumque effector ſingularium, ad quem ex induſtria ſecedit.

1.Pet.1.4.

1.Ioannes 3.2.

Iſa.33.21.

VII. Quæ opera gratiæ Deus in templo efficiat.

Luc.19.9.

3.Reg.8.27.

VIII. Hoc Salomon clare intellexit.

Iob.22.14.

IX. Anima præcipuè in capite operatur.

Anima tota eſt in qualibet parte corporis, attamen locum ſuæ habitationis ſingularem habet in capite: eo quod ibi opera ſua producat eminentiora. Porro in reliquis corporis partibus ad ſummũ, vitam ſenſumque operatur, at in capite omnia quæ ſibi ſunt propria: vitam, auditum, viſum, loquelam, olfactum, guſtum, intellectionem, meditationem, contemplationem, videturque tota in capite eſſe conſtituta. Qua de cauſa templum dicitur non ſolum locus, vbi Deus eſt, ſed eius habitatio: hic enim ſingularis Dei viget aſſiſtentia, & reſidentia, vt opera faciat principaliora, quæ in hoc mundo operatur: hic vitam, ſalutem, peccatorum remiſſionem, miſericordiam, gratiamque concedit: hic ſuos collocauit oculos, hic adeſt, vt preces audiat votaque ſupplicantium. Hoc eſt, quod Salomon addit, referens quod Deus ante dixerat: *Erit nomen ibi, vt audiam &c.* Vbicumque volueris rogare potes Deum, attamen hic eſt ſingulariter, vt tuas exaudiat orationes, illaſque in tuam expediat vtilitatem. In quocumque loco Rex proſpicere poteſt, tranſiens & in itinere, verùm in particulari prouiſiones, & beneficia largitur in eo loco, quem ad hoc ſingulariter deputauit. Et ſi tunc dicere licuit de domo Dei, quòd locus eſſet, in quo Deus habitaret:

*Verè Dominus eſt in loco iſto.* Quanto magis nunc, cum per myſterium SS. Sacramenti eſt hic adeo particulariter: hic enim verè & realiter eius reſidet diuina perſona, eius humanitatis, eius corpus, eius anima, eius ſanguis, eius gloria quodam ſingulari modo: quia quantum ad veritatem aſſiſtentiæ, non verius eſt eius perſona in cœlo ad dexteram Patris, quàm ſit hic infernè ſub ſpeciebus Sacramentalibus, perfectè plenèque ſuam explens promiſſionem. *Ecce ego vobiſcum ſum.* Vnde pleno ore tibi licet exclamare. *Verè Dominus eſt in loco iſto.*

*Matt. 28. 19.*

## §. 7. *Eſt templum locus omni reuerentia dignus, eſt & terribilis ob Angelorum præſentiam.*

☞ 20 SEcundò Iacob exclamauit & ait: *O quàm terribilis eſt locus iſte.* Terribilis, id eſt fortis, formidabilis, omnique cultu honorabilis. Ita de Deo Dauid aſſerit. *Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi.* Locus fortis, & omni reuerentia dignus eſt hic, ait Iacob, ob Angelorum legiones, quas vidit: etenim ſunt Angeli milites, Deique exercitus potentiſſimi; ſunt hi qui templum inhabitant; quia, teſte D. Chryſ., redundant Angelicis templa legionibus. Diuina Deus verba protulit ore vatis ſui Zachariæ: *Circumdabo Domum meã ex his qui militant mihi, euntes & reuertentes, & non tranſibit ſuper eos vltra exactor: quia nunc vidi oculis meis.* In hebræo habetur. *Caſtra ponã Domui meæ,* Manifeſtum eſt inquit D. Hieron. Quòd exercitus Dei, ſint Angeli. Illos ſtatuam, inquit Dominus, domus meæ propugnatores, Quid hoc Domine, an cuilibet domui vnus non ſufficit? Sunt illi tui milites tanta fortitudine robuſti, vt eorum vnus ſub vnius noctis tempore centum octoginta quinque millia militum de exercitu Sennacherib regis impiiſſimi trucidare valuerit, & hoc tanta quidem facilitate, quaſi rerum nihil effeciſſet: non enim fatigatus fuit, non ſudauit, nonilli neceſſe fuit interulam mutare, nec in lecto recumbere: hæc enim eſt Angeli virtus, hæc fortitudo. Hoc conceſſo, cur eorum integros collocas exercitus?

*Pſ. 75. 8.*
I. Templũ locus eſt terribilis.
*Hom. de verbis Iſaiæ. Vidi Dominum.*
*Zacha. 9. 8.*

Primò reſpondet Deus, quia domus mea eſt, meumque palatium. Iuſtum eſt, inquit D. Cyrill Alex. Vbi Rex eſt, vt ſit etiam Curia: hac quippe de cauſa præcepit Deus Moyſi, quando ſibi in habitaculum arcam illam aſſumpſit prodigioſam, vt circumquaque cortinas expanderet, in quibus plures depingerentur Seraphini, quo ſignificaret, quòd vbi ſuum erigit Deus tribunal ſedemque figit, certo ſciamus, ibi eorum adeſſe millia millium: Primò: ad diuinam eius auctoritatem; ſecundò: in bonum & defenſionem populi. *Euntes & reuertẽtes.* Conuenit hoc cum eo, quod vidit Iacob, quòd aſcenderent & deſcenderent. Non conuolant, ait D. Chryſoſt. apes auidius ad alueare vt mel conficiant, quàm ipſi Angeli, vt illud in anima tua conficiant. Omne apum hoc eſt exercitium: ire & redire: egrediuntur, & euolant ſollicitè ad campos floribus vernantes, ad roſmarinum ſucco abundantem, ad amaracum rore diffluentem; hunc colligunt, & ad alueare reuolant exoneraturæ: quarum nullum eſt aliud exercitium, quàm euolare & reuolare, vt mel conferant fauoque repleant alueare. Eo planè modo cœleſtis illæ apiculæ; hoc omne eorum eſt exercitium, vt ad cœleſtem conuolent campum roremque colligant ex Deo Domino noſtro, eiuſque ſanctis, vt illum huc adducant. Eo conuolant tuas offerentes orationes, tuos gemitus, eleëmoſynas & ieiunia ſicut vidit D. Ioannes in Apocalypſi Angelum, aſcendentem, & ſanctorum preces coram diuina Maieſtate præſentantem. Deinde ad nos referunt peccatorum indulgentiam, gratiam, patientiam, conſolationem, inſpirationes. *Euntes & reuertentes.* Vtinam illos videres. Ego, teſtatur Zacharias, nunc, nunc, ipſos conſpexi. *Nunc vidi oculis meis.* Non miremur, quòd Deus hoc ſuo oſtenderit prophetæ, cum & alijs pluribus ſanctis hoc oſtenderit, qui ſæpe ſunt Angelorum conſpectu recreati.

II. Vbi Domus Dei ibi ſunt Angeli.
III. Euntes & reuertentes vt apes ex alueari.
*Apoc. 8. 3.*

De S. Chryſoſtomo refert D. Nilus diſcipulus eius, quòd Deus hoc illi ſæpe beneficium præſtiterit, vt oculos eius aperiret, ac viſibiliter totum intueretur templum Angelorum multitudine repletum; præſertim dum miſſæ ſacrificium celebraret illos vidit circum circa altare, veſtibus niue candidioribus refulgentes, ſummâ reuerentiâ pronos; qui Deum colebant, adorabant, & pro hominibus deprecabantur. *Dominum pro natura humana precantur, dicentes: Pro ijs rogamus, quos tu prior dilexiſti, vt animam tuam dares. Pro ijs ſupplices preces fundimus, pro quibus ipſe ſanguinem fudiſti. Pro ijs deprecamur pro quibus corpus hoc hoſtiam obtuliſti.* Et ita declarat ipſe D. Chryſoſtomus. De quo ſumpſit D. Thom. Id quod D. Paulus mulieribus iniunxit, vt in templo magnâ conſiſterent reuerentiâ, tectiſque capitibus. *Propter Angelos.* Quia communiter aſſerit D. Thom. adſunt in templis Angeli, & maiori certitudine & frequentia, quando diuin

*Epiſt. ad Anaſtaſium.*
VI. D. Chryſoſtomus ſæpe vidit Angelos in templo.
*Ho. 26. in 1. ad Cor.*
*In c. 11. 1. ad Cor. Lect. 2.*
*1. Cor. 11. 10. 21.*

myſte-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

myſteria, officiaque celebrantur. Ex illis expoſuit D. Chryſoſt. id quod dicere volumus, quando in miſſa ſacerdos dicit, nominatis Angelis, Dominationibus, Poteſtatibus, Virtutibus, & Seraphinis, adiungens. *Cum quibus & noſtras voces, vt admitti iubeas deprecamur ſupplici confeſſione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabbaot, pleni ſunt cœli & terra gloria tua.* Hic ille cantus eſt cœleſtium ſpirituum, quem ab ijs cantari intellexit Iſaias. Et ſupponit Eccleſia, quod tempore ſacratiſſimæ miſſæ, illic aſſiſtant, hocidem cantantes; precatur autem, & rogat, vt nobis hanc concedat gratiam, vt noſter cantus eorum cantui coniungatur, & vt pariter eorum & noſtræ voces aſcendant. *Cum quibus & noſtras voces* &c. Iubet audire D. Chryſoſtomum nos admonentem. *Cogita quoſnam gregales, & canendi ſocios habeas; Sufficiat tibi ad animi attentionem excitandam, cum perpenderis te corpore circumſcriptum, & carni implicatum, vt cum incorporeis virtutibus communem omnium Dominum concelebres, aſſecutum eſſe.*

*Iſa. 6. 3.*
V.
Angelorũ præſentia deuotionem excitat.
D. CHRY. Ho. 26. 7. 1. ad Cor. Tom. 4.
*Pſ. 137. 2.*

Inde declarat D. Thomas illud pſalmi in quo Dauid modum, quo Deum oremus nobis exponit: *In conſpectu Angelorum pſallam tibi.* Quid amplius dici poteſt de ijs qui laudes in Eccleſia decantant & legunt tot Angelis plena, ſicut quotidie confitemur, dum dicemus. *Viſita, quæſumus Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici &c. Angeli tui ſancti habitent in ea.* Cum ſit habitationis tuæ domus, certum eſt, Domine, illic adeſſe de populo tuo vigiles, qui continuè in ea commorentur. Hinc, aſſertore D. Chryſoſtomo, audiſtes, quà continentiâ conueniat te eſſe in Eccleſia. D. Paulus præcepit vt magnâ reuerentiâ adſtares, manuſque orando attolleres: *Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus.* Vt te doceat, quàm ſublimes habere debeas cogitationes, longiùs erectas à terra, quàm excitatum animum & in Deum conuerſum. Ipſe te moneat Chryſoſt. *Propter hoc tempore honeſti ſacrificij ſtare iubemur, vt cogitationes humi repentes erigamus, vt languore quem ex huius vitæ negotijs contraximus, excuſſo, rectum coram Domino animum noſtrum excitare poſſimus: neque enim cum curſoribus loquitur, ſed interiorum cogitationum vires tentationibus proſtratas exſuſcitare his verbis iubet.* Vt notat D. Ambroſ. Vtinam hoc Deus nobis præſtet beneficium, vt oculos noſtros aperiret, ſicut factum eſt Giezi diſcipulo Eliſei, metu nimio trementi ob hoſtium aduentum, quos præſentes intuebatur. *Domine* rogat Eliſeus, *aperi oculos huius vt videat*, populorum multitudinem, quos miſiſti mei defenſores. *Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Eliſei*: erant autem exercitus Angelorum. Si Deus nobis oculos aperiret, proh qualem timorem, qualem reuerentiam, qualem fiduciam, quantam Dei miſericordiam cognoſceremus? Poſtquam D. Chryſoſt. hoc vidit, numquam ab hoc repetendo ceſſauit. Apprimè verò ponderat illud quod in miſſa tibi ſacerdos dicit: *Surſum corda*, cui reſpondes: *Habemus ad Dominum.* O te traditorem; ait ille: quantum effutiſti mendacium! Reſpondes: *Habemus ad Dominum, & illa ipſa hora mendax inueniris.* Tu qui cor habes in pecunijs, & tu tuis in voluptatibus, & tu tuis in prætentionibus, quas ſuperba ſuſcitat in te dignitatum ambitio: & nullibi minus tuum habes cor, quàm ibi, vbi corpus tuum eſt. Verbum annotares, quæ hic petuntur. *Papæ! menſa myſterij mactata eſt, & Agnus Dei pro te immolatus, ſacerdos pro te angitur, ignis ſpiritualis ex ſacra menſa refluit, Seraphim adſunt, ſex alis faciem tegentia; omnes incorporea virtutes pro te cum ſacerdote intercedunt, & tu non erubeſcis, reuereris, confunderis?* Aperi oculos, & cum illos iam oculis non cernas corporis, ſpiritualibus illos intuere. Quando rei alicuius te premit inopia, huc accurre, Angelos deprecare, vt videant & veniant tibi in commodum; Deo tuas offerant orationes, tuos dolores, tuas anguſtias.

*1. Timot. 2.*
D. CHRY. ToM. 4.
*In pſ. 18. octonario in illud: Beati qui ſcrutantur.*
4. Reg. 6. 17.
D. CHRY. Tom. 4.

Ex conſideratione præſentiæ Angelorum in templo, hortatur nos D. Ambroſ. quanta debeamus in templo eſſe reuerentia, mentis deuotione, morum compoſitione, quàm anxiè cauere, nequid in eo mali, & diuinæ offenſiuum Maieſtati committamus. Nemo contradicit, inquit, quin efficax in primis ſit frenum ad quempiam cohibendum, nequid turpe, ne quid agat inhoneſtum, ſi ſciat, quòd à vicinis ſuis attentè conſpiciatur. Si iam videret, quod illum iudices attenderent, qui eum poſſunt condemnare? Quid deinde foret, ſi conſideraret quòd ipſe Rex ſuos in eum defigeret oculos? Si igitur te coërcet videre quòd te alij conſpiciant, homines mortales, & terreni Principes, quid ageres, ſi conſtitutus in templo perpenderes, quod plures cœleſtium Principum te ſpectent, & ipſe Chriſtus Ieſus Rex cœli terræque Dominus ſuos in te cõtinuo reflectat oculos? *Quãto te magis, ſi quis alleuet oculos mentis & conſideret plures eſſe Angelorum Eccleſias, quibus Angeli præſunt, cum à concepto poteſt reuocare peccato? Non reueritus eſſes Ange-*

VI.
Angelorum in templo præſentia à malo nos cohibeat.
D. AM. *In pſ.* 118. Tom. 4.

*Angelorum præſentiam ſi præſentes eſſe crederes? Non metueres ne dicam facere, ſed loqui, aut etiam cogitare, quod prauum eſt, ſi tibi diuina ſcriptura ſuaſiſſet, quia Deus cogitationum arbiter, ſecretorum teſtis eſt verax, ſicut ipſe ait: Eſtote mihi teſtes, & ego teſtis, dicit Dominus Deus, & puer meus quem elegi.* Hanc S. Doctor oratione plane admirabili
Iſai.43 materiam proſequitur, tandemque concludit: ſit ita, & concedamus, quòd te nec videant angeli, nec Chriſtus, vel ſi te viderent tecum conniuerent, ex eo quod te Chriſtus diligat, & tuas eius
VII. Saltē quod te videat diabolus tuus aduerſarius. Angeli excuſent infirmitates: aduerte, monet, quod te videat diabolus, qui te eò adduxit, vt in templo temerarius agere præſumeres quod extra illud agere verecundareris, cuius ea tota eſt ſolicitudo, hoc feruens eius deſiderium vt te perdat, habeat vnde te coram Deo aduerſarius accuſet, & quàm primum in peccatum te præcipitem egit, contra te coram diuino tribunali vociferatur, petatque de tali impudentia vindictā & actus tanti peccati ſupplicium vrgeat, præſertim autem in hora mortis. *Sed acquieſco tibi,* (loquitur D. Ambroſ.) *quod Ieſus te nolit videre, nolit remuncere, qui nolis accuſare: nolunt videre Angeli;*
D.Am. *ſed vidit diabolus, qui tecum introiuit, imo qui te introduxit: vident miniſtri eius, qui te circumdederunt, ne videres Angelos Dei. Vidit Belal, vidit legio qui te impulerunt, ne quis reuocaret, ne quis teneret; noli putare quod colladium tibi præſtet ſilentij, qui voles tecum ſupplicij habere conſortium: ſtudet plures ſimiles ſui videre, & in eo habet gloriam, quod plures perditos fecerit. Ipſe eſt incentor, ipſe accuſator: ipſe in Iudam introiuit, ipſe eum ad perditionem impulit, ipſe miſit ad laqueum.* Diuina miror verba præclaris fœta conceptibus, quorum vnus eſt, de indefeſſa curâ, quâ noſtram diabolus procurat damnationem: quia vt noſtræ ſaluti inuidus, rabida ſtudet nos diligentia in ruinam impellere, vtque in perditionem cadamus ſempiternam, in quam prior ipſe corruit: eſt enim velut perdix incluſa tranſennis, quæ ſtudet vt aliæ adhuc liberæ in laqueos incidant capiendæ: de quibus in noſtris egimus Tractatibus.

Alter vt ſciamus quod eodem labore, quo ſtudet diabolus, vt Deum offendamus, eius nobis obijciendo bonitatem ac miſericordiam, accurat dum nos cernit in peccatum lapſos, vt reos coram ſupremo iudice compellet inſtetque quàm poteſt acerrimè pro tali proteruia ſupplicium, expoſtulans: de quibus ſirmiter prolixe diſcurrimus in noſtris Tractatibus: Conſidera tertiò: quo cultu, compoſitione, ac deuotione, conueniat te in templo conſiſtere, perpende quòd coram Angelis adſtes, & in conſpectu Chriſti Ieſu ſaluatoris noſtri. Quocirca morum incompoſitio, quæ extra templum vix vllius haberetur momenti, in Eccleſia vt magnopere grauis eſſe cenſeretur, eo ſcilicet modo quo dixit D. Bernardus Eugenio, tertio Pontifici ſcribens. *Inter ſæculares nugæ nugæ ſunt, in ore ſacerdotum blaſphemia.*

### §. 8. *Templum propriè Domus eſſe dicitur, in qua habitat Deus, & domus orationis; illa licet in omni poſsit loco exerceri.*

TAndem ſic ait Iacob: *Verè non eſt hic aliud niſi Domus Dei, & porta cœli.* Notes hic velim integram templi Chriſti definitionē. *Domus Dei & porta cœli.* Vt amentes explodantur hæretici, dicentes, quòd Deus domum habere non debeat ſibi propriam, quandoquidem totus mūdus Domus illius ſit. Nefas horrendum, quòd præterquam quod ſit mendacium, eſt inſuper blaſphemia beneficio, quod nobis in illo Deus tribuit, ingratiſſima. Conſentiunt omnes, quòd
tota Hiſpania ad Dominum noſtrum pertineat Regem, eiuſque ipſe ſupremum habeat Dominium: verumtamen non ideo non habet ille palatium domumque ſibi ſingularem, qua particulariter reſidet, quieſcit, negotia diſponit, beneficia largitur, cogitque concilium. Hoc nobis Deus concedit beneficium, quòd illi non ſufficiat, mundum habere vniuerſum, ſed etiam inter nos domum velit erigere & eligere particularem, vt ſingulariter in ea, & modo prorſus ineffabili reſideat, beneficia donaque conferat, ſuos habeat ſeruos ac miniſtros, eiuſque negotia pertractentur. Cum mercatores ſuis contractibus locum habeant deſignatum in baſilicis ſeu ianimedijs: regni negotijs deputati in Palatio deputationis, ſtudioſi ad diſcendum in ſcholis ac gymnaſijs: officiales ad ſua particularia miniſteria in confraternitatibus: quinimo & ipſi ſapientia primarij iudicarunt expedire, vt locus particularis, meretricibus, lupiſque deputaretur: an non habebit ſibi Deus locum, quo vobiſcum de ſuis agat negotijs? Vbinam vis illa tractentur? In ianimedio? In foro? In baſilica? In plateis? In choreis? An eſſe poſſumus ſine Deo? an fieri poteſt vt cum Deo non agamus, ad Deum non recurramus? An paruï ſunt momenti, quæ cum illo ſunt frequenter peragenda? quid ergo o inſani hæretici: hæc ſola, vultis, vt locum non habeant ſingularem illis tractendis deputatum? Hanc nobis Dominus fecit miſericordiam, quòd habitare nobiſ-

I. Deus Domum ſibi habet particularem, vt Rex palatium.

II. Probatur aliorum exemplis.

cum

cum dignatus ſit, vicinus eſſe noſter, & oſten-
dere, quòd tantus ſit tamque verus ac fidelis
vicinus, vt velit domum ſuam habere noſtræ
quàm proximam, quatenus in qualibet neceſſi-
tate agere cum illo poſſimus, vel dum aliquid
à diuina ſua volumus obtinere Maieſtate, eius
ſciamus habitaculum; & hoc eſt ipſum tem-
plum & in particulari in noua nunc lege, il-
III. ludque domum quod Dauid tantopere cele-
Salutare brabat, à Deo conferendum in aduentu Salua-
Dei Chri- toris in mundum ex declaratione ac commu-
ſtus eſt. ni ſuffragio omnium SS. Doctorum Hebræo-
Pſ. 84. 10. rum ac Latinorum: *Verumtamen prope timentes
eum ſalutare, ipſius, vt inhabitet gloria in terra
noſtra: ſalutare Dei.* Clarum eſt quod ipſum ſi-
Gen. 49. gnificet Chriſtum Dominum noſtrum: *Saluta-
18. re tuum exſpectabo Domine,* clamat Iacob morti
Luc. 2. 30. vicinus: feruens ſuum declarans illum viden-
di deſiderium: *Viderunt oculi mei ſalutare tuum.*
Ait pijſſimus Symeon præ nimio gaudio, quod
illum vidiſſet, exſpirans. Hoc Salutare circa
ſuos reſidebit: *Prope timentes eum ſalutare ipſius.*
Et per hoc terra noſtra gloria & honore reple-
bitur.

Populus ille antiquus non niſi vmbras, non
1. Cor. 10. niſi figuras agnoſcebat: *Omnia in figuris contin-
11. gebant illis*; Vnde ſe Deus illis oſtendit in vm-
bra & figura fœderis arcæ, ac propitiatorij ex
illo ſua reddebat reſponſa, ex illo fauores tales
tribuebat quibus tantum ſibi populus concilia-
Deut. 4. 7 uerat honorem, vt dicere Moyſi licuerit: *Non
eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos ap-
propinquantes ſibi, ſicut adeſt nobis Deus noſter.*
Nobis autem occiderunt vmbræ ac figuræ, no-
1. Ioan. 17 uaque orta eſt veritas ac gratia: *Gratia & ve-
IV. ritas Ieſum Chriſtum facta eſt.* Idcirco non per
Verè no- figuras, non per vmbras, ſed in veritate ſuum
biſcum inter nos collocat habitaculum, prope nos ſa-
habitat lutare Dei, ſcilicet Redemptor noſter, quo tanto-
Deus. pere honoramur, vt felices nos cenſere poſſint
omnes mundi nationes.

Non paruus ille cenſeretur honor quo Rex
villam abiectam ac humilem afficeret, ſi in ea
locum erigeret ſuæ habitationis cum omnibus
ſuis diuitijs, vt in illo gratias donaque quàm
V. plurima diſtribueret. Hoc nos honore Rex cœ-
Cuius li dignatur: ipſe namque cum omnibus ſuis, di-
præſentia uitijs, gazis, opibus, totaque Maieſtate ſplendi-
honora- dus domum elegit in hac abiectiſſima mun-
mur. di villa, in qua ſuam diuinam ſtatuit perſonam
Similitu- illiſipſis opibus, omnipotentia, gloria, ſapien-
do. tiaque prædiuitem, quas in cœlo poſſidet, &
hac de cauſa, vt ſe fontem ſtatuat ſalutis: hic
etenim moratur, vt remittat peccata, gratiam in-
fundat, fidem excitet, ſpem animet, charitatem
incendat, noſtras audiat ſupplicationes, à laqueis
nos eripiat, vt verè tibi liceat effari: *Hæc eſt do-
mus Dei & porta cœli*: Hic namque Deus eſt,
hic ſuos habet miniſtros, ſuos Predicatores,
Confeſſarios, Sacerdotes: & quidquid omnes
peragunt, hoc eſt, quatenus te ad regni cœleſtis
diſponant introitum: hic Dei verbum propo-
nunt, hic baptizant, hic ordinant, hic panem cœ-
leſtem adminiſtrant.

Ad rem optimè licet interpretari Dei verba 22
per Zachariam iam pridem à nobis poſita: *Cir- Zach. 9. 8.
cumdabo domum meam ex his qui militant mihi,
euntes & reuertentes, & non tranſibit vltra ex- VI.
actor.* Quamuis enim communi ſenſu de Angelis Sacerdo-
intelligantur, quibus domum ſuam templum- tes ſunt
que habet repletum, vt dictum eſt, licet ea ta- Dei mili-
men capere de ſacerdotibus, & Dei miniſtris, tes.
quos ipſe Deus ſuos appellat Angelos: & de il-
lis intellexerunt D. Ambroſ. & D. Paulinus & In c. 1. ad
opinio fuit D. Thom. Id quod paulo ante ex D. Cor. c. 11.
Paulo retulimus, qui præcipit vt mulieres in In 1. ad
templo velatæ compareant, & compoſitæ: *Pro- Cor. lect.
pter Angelos*; hoc eſt, propter Sacerdotes, illis ex- 3.
hibentes reuerentiam, & occaſionem amouentes 1. Cor.
diſtractionum. Sunt autem illi Dei milites: ad
illos namque ſpectat Dei partes tueri, lucrari
animas, bellum inferre diabolo. Quàm plenam
habet domum ſuam his militibus ac miniſtris,
quorum famulatu ſuam nobis communicat ſa-
lutem, hic per eum qui baptizat, ibi per illum
qui confeſſiones excipit pœnitentis, illic per
eum qui SS. porrigit Communionem: in hoc lo-
co per eum qui prædicat, in illo per eum qui of-
fert miſſæ ſacrificium.

Notes autem quòd dicat: *Non tranſibit vltra* VII.
*exactor.* In S. pagina, pro vt notat moralis Do- Diabolus
ctor D. Gregor. hoc nomine vocatur diabolus: exactor
*Exactor*, & qui debitum exigit importunè. eſt.
Sic eum appellat Iſaias, imò Chriſtus, vt ipſe L. 4 mor.
Diuus Gregorius aduertit: quo namque mo- c. 42.
mento in peccatum laberis, teque Deo ſtatuis Iſa. 9. 4.
debitorem, ipſe ſe reddit exactorem, & co- Luc. 12. 58
ram Deo contra te vehementius expoſtulat vt
ſoluas, pœnamque luas ſempiternam. Hoc au-
tem agit Deus, mediantibus his miniſtris ſuis
debita remittit, quo fit, vt nihil habeat, quod
exigat, nec quod dæmon opponat aduerſarius:
vnde præ ceteris hunc exhorret locum. Il i h c
contingit, quod in Monaſterijs in loco Capi-
tuli. 3. p. hiſt.
Narrat D. Antoninus Archiepiſcopus Flo- tit. 22. c. 4.
§. 6.

VIII. Exemplum.

rentinus quod dum nocte quadam S.P.N. Dominicus in Eccleſia orationi vacaret, diabolum vidit, ſchedulam ad lampadis lumen inſpicientem, reuoluentem, cachinnoſque effutientem inſolitos. Illum accedit S. Pater, aitque: quid hic agis ô beſtia infernalis? reſpondere refugit, ſed per Dei ſeruum compulſus, veritatem eloquitur: Ego hic omnia fratrum tuorum perlego debita, cuncta eorum crimina, vt contra eos coram diuino tribunali pœnas expoſtulem iuſtiſſimas. En quam perfectè munus obeat exactoris, qui cuncta deſcripta reſeruat debita. Hunc S. Pater manibus comprehendit, aitque: Ego tibi præcipio, vt mihi dicas, vbi fratres mei hæc contrahant debita? Ducit illum ad refectorium: hic, inquit, multum habeo: quoſdam impello, vt comedant intemperanter, alios, vt à neceſſarijs abſtineant, alios vt nimia veſcantur guloſitate, alios, ne lectioni attendant. Ad chorum ducitur: Hic, aſſerit, debita contrahunt, quidam ſerò venientes, alij mentis euagationibus diſtracti: alij citiùs egredientes, alij ſomnolenti, alij confabulantes, alij imperfectè pronuntiantes. Dormitorium aſcendit. Hic alij contrahunt debita; quidam immodicè dormiunt, alij minus: hi tardiùs & ſomnolentè feſtinant ad matutinum, illi verò ad Primam. Progreditur ad locutorium: & riſum edens incompoſitum diabolus exclamat: Locus hic eſt, vbi plurima conflantur debita, hic totus meus eſt. Quidam hic liberè nimis garriunt, alij de rebus colloquuntur inanibus, alij inter ſe verbis altercantur: alij de tertia perſona ſermones commiſcent: hic vigent detractiones, irriſiones, murmurationes &c. Aſſumitur tandem ad Capitulum: ire eò renuit diabolus, at inuitum illum eò attrahit D. Dominicus. Hunc locum, inquit diabolus, ſic exhorreſco vt nullum amplius, hic etenim ſeſe de ſuis accuſant delictis, hic de illis reprehenduntur, hic pro illis ſuſcipiunt diſciplinam, hic errata corrigunt, hic illis imponitur pœnitentia, hic promerentur ſcelerum indulgentiam. Hoc in loco iacturam omnium patior, quorum alijs in locis lucrum retuleram. Hoc idem dicere poteſt de templis diabolus. Heu quot & quot debita contrahit quocumque vadit, Chriſtianus: in locis publicis, murmurationum & detractionum, in tripudijs ac comœdijs malorum deſideriorum, in baſilicis mille cupiditatum: attamen quotquot in alijs locis debita conflantur, hic pœnitentiæ Sacramento penitus abolentur, & per exhortationes, confeſſiones, admonitiones eraduntur: patet igitur quàm propriè de templo prædicare liceat: *Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli.*

Ex his intelligitur, cur in ſacris litteris templum vocetur domus orationis, vt ait Dominus in alia occaſione, quando ſimiliter verberibus templo exturbauit euſdem profanatores: *Scriptum eſt Domus mea, domus orationis vocabitur.* Matt. 21. 13. Vero verius eſt, quòd in omni loco liceat orare, quandoquidem Deus vbique ſit, & nobis ſit noſque illi præſentes, eiuſque opus habeamus auxilio. Dic quodam propheta Regius non lenia perpendens beneficia, quibus illum Deus affecerat, animam ſuam excitat ad eius laudes celebrandas: *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius: qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis &c.* Ps. 102. 1. Attendens autem, quòd ipſe ſolus ſufficiens non eſſet, ad tantas quantas oportebat, & ipſe præoptabat, Deo laudes concinendas, omnia licet eius oſſa & arteriæ in linguas verterentur; ipſos exſuſcitat Angelos, quatenus eum in hoc adiuuent, & pari voce Deo Domino benedicant: *Benedicite Domino omnes Angeli eius &c. Benedicite Domino omnes virtutes eius &c.* Et licet eorum ſciret eſſe numerum ſine numero, non his ſe continet, ſed ad omnes ſe conuertit creaturas, illaſque ad idem laudum Dei prouocat officium: *Benedicite Domino omnia opera eius.* Tandem ad animam ſuam reuertitur, eo modo finiens pſalmum, quo inchoarat dicens: *In omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.* In pſ. 102. Sic diſtinguit, & declarat illud D. Auguſtin. Quid intendis dicere? *In omni loco.* Dominus in loco dominij ſui honoratur, & Rex in regno ſuo. Sicut autem iſtius dominium, & regis regnum non eſt in omni loco totius mundi, ſic nec iſto, nec ille in toto mundo honoratur. Porro ſicut Deus is eſt, cuius dominium ac poteſtas in omnem extenditur locum, ſic omnis eſt locus congruus vt in eo Deus honoretur, adoretur & inuocetur.

IX. In omni loco licet orare.

Iob orat & Deo in ſterquilinio benedicit: tres illi ſanctiſſimi adoleſcentes, in fornace Babylonica: Daniel in lacu leonum: Dauid in aridiſſimis deſertis: *In deſerta, & inuia & inaquoſa.* Ps. 62. 3. Hieremias in puteo inaquoſo, in quem inijcitur. Elias in monte: Ioſue in valle; Manaſſes inter aſperrimas carceris catenas: Suſanna inter eos qui eam deducebant iam iam lapidandam: Ionas in profundo maris, ventre ceti circumcluſus: quia hæc omnia diuinæ ſunt loca iuriſdictionis,

dictionis,in quibus eſt,& perfectam,plenamque
habet ipſe poteſtatem. Idcirco nobis præcipit
1.Tim,2. 8. Apoſtolus: *Volo viros orare in omni loco.* Nihilo-
minus certò conſtat, quod locus magis con-
X. gruus orationi, ſit templum ob prædictas ra-
Præſtat orare in templo ob multas rationes. tiones. Nam in oratione cum Deo agitur, &
templum locus eſt vbi ſingulariter is ſuam præ-
bet aſſiſtentiam. Et quia orare, petere eſt à Deo
gratias ac beneficia, & templum ea eſt inten-
tione particulariter ædificatum,vt ipſe nobis il-
la largiatur.Et propter Angelorum præſentiam,
qui Deo noſtras offerunt orationes Et quia in
templo vnius & alterius coniunguntur oratio-
nes,tantoque ſunt efficaciores, vt die Iouis præ-
terito declarauimus. Deinde quia locus iſte
conuenientior eſt,& propoſito magis conducit,
vbi negotia, mundique contractus, qui nos in
diuerſa rapiunt,non debent accedere:tandem ob
*Ho.3.de* alias rationes, quas proſequitur D. Chryſoſtom.
*in comprehenſibile* probans orationes factas in templo eſſe cæteris
efficaciores.

*Dei natura ad fin.* Hinc illud eſt, quòd videmus viros pietate
*To.8. &* primarios, quoties animo ſynceriori quidquam
*ho.12. in* à Deo nitebantur obtinere,ad locum acceſſiſſe
*2.ad Cor.* deputatum orationi. Quando Moyſes & Aaron
*Tom.4.* ſe vident in arcto poſitos, ob commotam à po-
pulo ſeditionem, ad tabernaculum recurrunt o-
23 raturi. Fecit idem Ioſue, dum populum vidit
IX. extremo laborantem periculo, ob delictum A-
Sancti chan. Ezechias diſcrimen aduertens, quo eum
beneficia ſuperbus ille Rex Sennacherib obſeſſum arcta-
petituri bat,minaſque audiens & blaſphemias, quas lit-
ad templa teris exaratas ad eum deſtinarat,ad templi ady-
recurrunt. ta confugit,& coram Deo ſtans,illi ſic ait: *Ape-
ri oculos tuos & vide &c.* Quando verò mortali
*Nu.14.10.* premebatur infirmitate, nec ad templum acce-
*& c.16.* dere valebat ibidem oraturus,in lecto ſtratus,fa-
*Ioſue 7.6.* ciem ad templum conuertit, vt ſuam funderet
4.*Reg*.19. 16. orationem. Daniel in Babylonia captiuus, tri-
bus vicibus per diem feneſtram aperiebat, qua
4.*Reg*.20. 2. parte reſpiciebat Hieruſalem locum orationi
deſtinatum, & ad illam conuerſus precabatur.
*Dan* 6.10 Licet autem David per deſerta vagus ſemper
*Pſ*.24.15. oraret: *Oculi mei ſemper ad Dominum.* Eius ni-
hilominus anima mirum in modum triſtabatur,
videns, ſibi negatum eſſe acceſſum ad taberna-
culum, vt in eo Deum exoraret: quam & ipſe
ſolabatur: Perfer anima mea patienter,erigere,
age,euge,conſolare,quamuis enim modo longè
diſtes à tabernaculo,vbi Deo tuo præſens ſis,die
quodam te in illo eſſe gaudebis, quo poteris
pro placito tuo Dominum exorare: *Quare tri-*
*Pſ*.41.6. *ſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in*
*Deo quoniam adhuc confitebor illi &c. Hæc recor-
datus ſum, & effudi in me animam meam: quo-
niam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis,
vſque ad domum Dei.*

Quando eum perduellis filius Abſalon ad e-
greſſum de Hieruſalem armorum vi compu-
lit, vbi tabernaculum erat plorans exceſ-
ſit, & hoc eum ſupra modum affligebat acer-
biùs, quòd ſe ab eo videret elongatum, & pro-
cul extorrem: cuius & hoc maximum erat in
mœrore lenimen quòd ſperaret ſe aliquando
poſtliminio reuerſurum in Hieruſalem, non ob
id quod ſedes ea eſſet regni primaria ſed ingre-
di poſſet tabernaculum ad orandum & cum
Deo familiaris agendum; & ſic ait ſacerdoti
Sadoc. *Si inuenero gratiam in oculis Domini, re-* 2.*Reg*.15.
*ducet me,& oſtendet mihi arcam & tabernaculum* 25.
*ſuum.* Orationem expende quam Ionas effudit
in abyſſis pelagi,ventre ceti concluſus;Cum ani-
ma mea heu nimis affligeretur, tali conſtituta
loco, precibus ad Deum confugi, & hoc ſingu-
lariter expoſtulaui, vt hanc mihi gratiam con-
cederet, quo denuo poſſem in templo ſuo pre-
ces votaque mea ſupremæ dedicare Maieſtati.
Hoc illis innuitur verbis: *Cum anguſtiaretur in* *Ionæ* 2.8.
*me anima mea, Domini recordatus ſum,vt veniat
ad te oratio mea ad templum Sanctum tuum.* O
Sanctiſſime propheta: cum tantis vndequaque
premaris anguſtijs,hoccine ſuper omnia requi-
ris? Laborem quo coarctaris non expendis?
Deum deprecare,vt ad optatum te reducat por-
tum. Hinc tibi liquebit, quàm ſit præclarum o-
rare, ſicut par eſt, in templo, ſeque præſentem
inuenire coram Deo, eiuſque Angelis in loco
miſericordiæ, donorumque cœleſtium. Ex his
optimè declaratur vox illa Iacob templi conclu-
dens definitionem; *Hic eſt non aliud niſi do-* *Ho.3.cit.*
*mus Dei & porta cœli:* q.d. vt præfati ſumus:do-
mus eſt in Dei gloriam, & honorem, noſtrum-
que deputata commodum: quia in eo, & per il-
lud nobis cœleſtia bona proueniunt. Ex hac do-
ctrina ſumit D.Chryſoſtom.argumentum,vt eos
reprehendat qui dicunt: quod domi ſuæ orent,
& habeant loca deuotioni ac recollectioni præ-
ſtituta. Bonum eſt hoc,inquit ille: ſed non exi-
guum eſt diſcrimen,vt die Iouis elapſo declara-
uimus.

*§. 9. Templa ſunt inſtituta ad honorem Dei, noſtrumque commodum, & ſic ea reueriti ſunt Theodoſius & Valentinianus Imperatores.*

24 HInc collige reuerentiam, qua templa ſunt colenda, tam ex eo quod honorare teneamur Deum, qui ad hoc ea particulariter inſtituit, quàm ob noſtrum commodum ac beneficia, quæ in eis recipimus. Admirabilem ſuſpicimus D. Auguſtini diſcurſum contra Gentiles Romanos, quibus dij ſui vel dæmones perſuaſerant, quod mala famis, peſtis, ac belli quibus inceſſanter affligebantur ex eo prouenirent, quòd permitterent à Chriſtianis vt Deum prædicari quendam crucifixum: ac in negligentiæ ſupplicium, eo quòd Principes ac Reſpublicæ illos minimè perſequebantur. Hoc autem adeo percrebuerat, vt nihil magis ſatagerent SS. Doctores, quàm libros conſcribere varioſque edere tractatus, quibus hanc impugnarent arguerentque blaſphemiam. Vt fecerunt D. Clemens Alexandr. Diu. Cyprianus, Prianus, Arnobius, & ea intentione compoſuit D. Auguſtin. illos viginti duos libros de Ciuitate Dei, quos nemo ſatis vnquam laudauerit. Inter varios ſublimes tractatus quos eo animo compoſuit, non minimus eſt Lib. 3. in quo conatur catalogum conſerre compoſitum ex ipſis probatiſſimis Romanorum auctoribus, ne fortè dixerint (inquit) me ex proprio iſta cerebro confingere; in quo deſcribit omnia mala ac damna quibus indeſinenter opprimebantur, etiam antequam eſſent Chriſtiani, aut in orbe notum eſſet nomen Chriſtianorum, ſingillatim eis oſtendens per temporum decurſus grauiores peſtilentias, frequentiores ac continuatas, famis inedias, bella ſanguinolentiora, Tiberis inundationes longè vberiores. A quibus ipſe percunctatur: Dicite mihi Romani, vbi tum temporis veſtri latebant dij, cur vobis non ſunt auxiliati, cur non his malis eripuerunt? Dicere non poterant, quòd eo tempore his illi plagis punirentur in ſupplicium negligentiæ, quam in perſequendis cædendiſque Chriſtianis committebant. Vbinam erant illi, dum lues graſſaretur tali tempore in populo Romano adeo contagioſa? Et vbi, quando ab hoſtium copijs coarctabantur, erantque illis ſiniſtra omnia? An vobis templa deerant idolorum? An illa honorare neglexiſtis? Erat hic caſus; quod ſi templa habueritis, quæ loca fuiſſent honori deputata, quo Deos veſtros coleretis, clare patet quod non erant in commodum veſtrum inſtituta, nec ſolidum vobis præſtabant ſubſidium: Nec hoc mirum eſt, quia dare non poterant.

Lib. 3. de ciu. c. 17.

V. D. Aug. refellit Romanorum blaſphemiã.

In mentem vobis veniat (inquit) id quod tali tempore contigit: cum enim populus tam grauiter premeretur lue, vt cum per annum integrum duraſſet, needum ſe remitteret, acceſſiſtis ad templum Æſculapij, Dei Medices remedium poſtulantes. Reſpondit vobis oraculum, vt templa conſuleretis Sybillarum. Attende quæſo, inquit D. Auguſtin. quo illos remittat; ad libros Sybillarum, de quibus eleganter Cicero teſtatur, quod ob dictorum obſcuritatem, eos vnuſquiſque ad ſuum interpretaretur intentum. Tandem quod ex illis diuini eorum didicerunt, hoc erat, vt ſcirent, quod ſi tam horrendis plecterentur rei ſupplicijs, hanc eſſe cauſam, quod eorum multi templa polluiſſent Deorum, & ab illis eos abſtuliſſent vt ea ſibi ſinguli in domum vendicarent, quo fuit honori Dei Æſculapij ſatisfactum: *Tunc ergo dictum eſt eam eſſe cauſam peſtilentiæ quòd plurimas ædes ſacras multi occupatas priuatim tenerent, ſic interim à magno imperitiæ vel deſidiæ crimine Æſculapius liberatus eſt.* Et hæc erat illa ratio, quam dabant oracula frequentius, aduerſitatum, ac calamitatum quibus Reſpublica Romana in commune puniebatur, & eiuſdem plurimi in ſingulari: dicebant enim hæc omnia illis prouenire, quia templa profanabant: & hoc ipſum aruſpices in diebus Ciceronis aſtruierunt in ſimili occaſione ipſo Cicerone hoc atteſtante.

*Li. de Diuinitate.*

25 Hoc conceſſo, quærit D. Auguſt. adeſte Romulidæ, quis tantam ingeſſit vobis audaciam Deorum veſtrorum templa profanandi, & in ædes veſtras commutandi? Aliam non inuenietis, niſi quod ex perimento didiceratis, quod ſiquidem templa illa erecta erant in honorem Deorum veſtrorum, non tamen ad emolumentum veſtrum: cum ipſa vos doceat experientia, quod numquam alicui, vel in aliquo ferrent auxilium: *Vnde à multis ædes iſtæ ſine vlla occupata nomine prohibente: niſi quia tanta numinum turba diu fruſtra fuerat ſupp[illegible]um, atque ita loca paulatim deſerebantur [illegible]us, vt tanquam vacua ſine vllius offenſione [illegible] humanis ſaltem vſibus vindicari.* Non ſic [illegible]ſtris ſentiendum eſt téplis: licet enim in illis Deum velut in propria ſuæ Maieſtatis domo honoremus: in illis

*Videndus Viues in c. 17. l. 3. de Ciuit. de[o]rum.*

II. Cur Romani auſi ſint Deorum templa profanare.

D. Avgv. Tom. 5.

tamen

tamen infinitas eius recipimus miſericordias, quas nos lex docet Christiana: Ibi noſtra nobis delicta ignoſcuntur, gratiæ conferuntur, dona tribuuntur, imo ſæpius adeo viſibilia, ſicut facta probant in illis miracula, præſertim in aliquibus deuotione dedicatis particulari Deo, Diuæque virgini conſecratis, vel Archangelo Michaeli vel SS. Apoſtolis, aut alijs ſanctis in ſingulari. Si Romani templa illa reuereri diſtricte tunt, quia loca eſſe cognoſcebant, ex quibus nullam hauriebant vtilitatem, ac proinde ea, vt prophana habuerunt, quàm iuſtum eſt nos noſtra reuereri templa, vbi tanta reconduntur bona, quæ conſequimur, pro vt declarauimus.

Ser. in Enaug. Ecce nos reliq.
Iſa. 26. 10.
D. BERN.

Expendit D. Bern. locum illum Iſaiæ: *In terra ſanctorum iniqua geſsit, & non videbit gloriam Domini.* Horrenda ſunt hæc terriculamenta. *Non videbit gloriam Domini. Comminatio valde terribilis.* Quid enim cætera iuuat videre, ſi hæc non videatur. Quidquid pro nobis fecit Deus ad hoc ordinatur, vt eius gloria perfruamur. Ad hoc nos creauit, ad hoc nobis Angelos deſtinauit cuſtodes, ad hoc de cœlis deſcendit, ad hoc vixit in mundo triginta tribus annis, ad hoc mortuus eſt, ad hoc ſanguinem ſuum vitamque conſecrauit. Si hæc non obtineatur gloria, quid cætera proficiunt? Et cui hanc infligit comminationem? illi, qui Deum offendit, & peruerſa patrat in terra Sanctorum. *In terra Sanctorum iniqua geſsit.* Quæ eſt hæc terra niſi templum? Hic locus eſt Sancti Sanctorum, Dei ſcilicet: *Dominus eſt in loco iſto:* locus eſt Angelorum Sanctorum, locus ſacerdotum & miniſtrorum, per quos Deus noſtrum emendum operatur ſanctitatem. Hic ne præſumpſit iniqua gerere? hic illi in faciem verpum oſtendit (*a*)? Hic ſuis voluit dare locum idolis? *Non videbit gloriam Domini.*

III.
Qui in templo Deũ offendit nõ videbit eius gloriam.

(a) *hazer las higas.*

IV.
Similitudo.

Hinc intelliges (inquit D. Chryſoſt.) quo reſpectu, quaue reuerentia ſit tibi ingrediendum in templum. Sicut intrare oporteat aulam palatij in qua Rex cum filijs ſuis ac magnatibus in throno reſidet, vt liberam præbeat audientiam, & dignitates diſtribuat, qua morum intras modeſtia compoſitus? qua tremens adſtas verecundia? qua grauitate cuncti circumſtant præſentes? Vide num ibi motus quis exerceat diſſolutos, num quis leuiter confabuletur, num locis occupetur ac ludicris? *An non videbis eos, qui corruptibili, temporalique ac terreno Regi aſſiſtunt, quam ſint immobiles, non loquentes, non oculo huc, & illuc mittentes, ſed territi? Ex ipſis documentum accipite homines, & vel ſic aſſiſtite Deo, quaſi terrenum Regem acceſſuri.* Ad minus non eam deferes Deo reuerentiam, quam terreno regi defers, qui vermis eſt mortalis, infirmus, & terræ ſaccus, ac miſeriarum cumulus ex natura ſua talis, qualis tu es? Faxit Deus, vt conſiderares, quando templum ingrederis, in cuius tu prodeas, veniaſque præſentiam?

D. CHR. Ho. 26. in 1. ad Cor. c. 11. To. 4.

Hinc ſumpſit originem illa conſtitutio quam ediderunt, vt pij, ita magni Imperatores Theodoſius & Valentinianus circa immunitates Eccleſiarum, in qua ſtatuunt, vt quamtumlibet grauis quis ſit malefactor, intrans in Eccleſiam, à nemine poſſit apprehendi, ſitque ibi tutus ac ſecurus, velut qui in Dei ſtat præſentia. *Sufficiat profugis iſtis Dei auxilium, cui & arma & leges, & ipſa etiam Regia Maieſtas ſubiecta eſt.* Et quædam addunt magni ponderis verba, quibus illi tam pietate, quàm celſitudine notiſſimi Imperatores fatentur, quòd accedentes ad templum, ad eius veſtibulum turbam dimitterent ſtipatorum, ac de capite regalem deponerent coronã. *Et nos qui ſemper iure Imperij armis circumdamur, quoſque ſine armatis ſtipatoribus eſſe non conuenit, Dei templum ingreſſuri, foris arma relinquimus, & ipſum etiam diadema deponimus, & quo ſubmiſsioribus Imperij ſpeciem præferimus, eo magis Imperij noſtri maieſtas præmittitur.* Nec hoc illis ſufficiebat, inſuper templum ingreſſi circa altare locum capere non præſumebant, eò tantũmodo propius accedebant, dum ſuas humili cũ demiſſione dedicarent oblationes, quo peracto denuo retrocedebant: *Ad ſacra quoque Altaria, munerum tantum offerendorum cauſa accedimus, & cum circumſpectum ſacrorum aditum ingreſſuri ſumus, ſtatim egredimur, nec quidquam ex propinqua diuinitate nobis arrogamus.* Papæ! quàm religioſi Principes, quàm apertis fidei oculis ingrediuntur! Sic tibi intrare competeret. *Cuſtodi pedẽ tuum ingrediens domum Dei:* Sic te monet Spiritus S. diligenter aduerte qua ratione pedes ſtatuas, quales intromittas, quando ſubintrare domum Dei oportet. D. Salonius Epiſcopus hoc principaliter intelligit de pedibus animæ. Verum Olympiodorus de pedibus interpretatur corporis, quaſi formans argumentum. *A minori ad maius.* Cuſtodi, monet, pedes tuos. An non ſatius diceret, cuſtodi caput tuum, vt apertum ſit, mitte manum ad pileum, vel biretum, quod dum in eo defers, vt illud de capite tollas? Non eſt ob hoc arguendus: quia hoc ſpectat, quod Moyſi contigit. Viſionem, hic vidit magnam ignis in rubo, eo properat ſpectaculum viſurus: iam proximus factus illi, Deum audit ſibi præcipientẽ:

Habetur in actis Concilij primi Epheſini, ad finem.

V.
Statuta Imperatorum de Eccleſiæ reuerentia.

16
Ecc. 4. 17.

In cap. 4. Eccle.

VI.
Pedes cuſtodiẽ dum templum ingrediẽ

*Exod. 3. 5.* *Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Ne huc approximes calceatus, ſed nudus & diſcalceatus, q. d. vſque ad pedes te decet eſſe compoſitum, quos magna oportet reſpectu moueas; quantò magis caput; quantò magis oculos? quantò magis cor? Idem Ioſue contigit, dum illi apparet Angelus in campo Hiericho, ad quem dum propius cogitat accedere, reſpondet illi Angelus: fige pedem: *Ioſu. 5. 10* *Solue calceamentum.* Magna reuerentia tibi in hoc campo conuenit incedere: quia ego in illo ſum, attende qua ratione pedem promoueas. Si tibi de pedibus ſit curandum, ſi circumſpiciendum qualiter illos dirigas, quid erit de capite? de corde? de anima? de oculis? de genibus?

VII. Allegoria de tunica ſacerdotis oculata. Mandauit Deus, vt ſacerdos coram Domino ingreſſurus, inter alia veſtitus ornamenta, tunica indueretur hyacinthina, qua totus cooperiretur, & illa circumquaque foret oculata. Hoc ſignificare voluit (ex opinione quorumdam, de quibus diximus in noſtris Tractatibus) illud quod *Tract. 8. Num. 83.* vulgata noſtra lectio habet: *Stringeſque tunicam,* legunt alij ex Hebræo, *Oculabis vel ocelabis.* *Exo. 28. 39.* Quod ſignificat: Implebis illam oculis. Hac veſtitus intret ſacerdos, qui in conſpectu Domini ingreditur. Quotquot ad templa feſtinamus, ſacerdotes ſumus, non de numero conſecratorum, ad miſſæ ſacrificium offerendum, ſed inter illos cenſendi, de quibus dixit D. Petrus, quòd conueniat nobis hoſtias offerre ſpirituales cordis noſtri & animæ, hoſtias laudum, & *Pet. 2. 5.* oblationes gratiarum. *Ad offerendas hoſtias ſpirituales:* mortificationis, orationis, reſignationis voluntatis operumque pœnitentiæ ad hoc templum ingrederis; quocirca vt in illud introeamus, tunicam oportet aſſumamus hyacinthinam, qua toti contegamur, quæ colore fulgeat cœleſti: omnes cœleſtes eſſe debemus, cogitationes noſtræ, verba noſtra, noſtri motus. *Eccle-* *D. Nilv. Lib. de Orat. dominica.* *ſiam* (monet nos D. Nilus D. Chryſoſtomi diſcipulus) *vt cœlum adi, & nihil in ea aut loquere, aut age, quod terram ſapiat.* Hoc à nobis repoſcit, teſte D. Cypriano, ſacerdos, dum ait: *ſurſum*

VIII. In téplo ſurſum corda habenda ſunt. *corda.* (Perpende, quàm antiquus ille mos fuerit illis in Eccleſia verbis vti) quaſi nobis præcipiat, vt ſimus ſicut D. Ioannes Euangeliſta, qui vocem audiuit de cœlo dicentem: *Aſcende huc.* Amice aſcende ſurſum: & ſubitò ſpiritu ſurſum efferebatur: quamuis enim corpus eſſet in terra, ſpiritus ſublimis cœlos aſcenderat, in conſpectu Dei, SS. Angelorum, omniumque bea- *Apoc. 4. 1.* torum. *Ideo & ſacerdos ante orationem, præfatione præmiſſa, parat fratrum mentes, dicendo: ſurſum corda; vt dum reſpondeat plebs: habemus ad Dominum, admoneatur, nihil aliud ſe quam Dominum cogitare debere, claudatur contra ad-* *D. Cyp.* *uerſarium pectus, & ſoli Deo pateat, nec ad ſe hoſtem Dei, tempore orationis adire patiatur.* Non hic terrenæ admittendæ ſunt ſolicitudines, non mundanæ cogitationes: omnes hæ ad templi remaneant excluſæ veſtibulum. Hoc eſt, etenim cum Moyſe verbera relinquere virgarum, vt intres in terram ſanctam, & totus in cœlo cogitatione conuerſeris. Hæc autem tunica plena eſt oculis, quos homo in omnibus habeat, Deum, Angelos, ſanctoſque conſpiciens, ſuas conſiderans cogitationes, verba ſua, ſuos motus: ſit graui reuerentia plenus quæ pateat ex oculis: hac enim de cauſa ſancta illa animalia quæ vidit D. Ioannes in conſpectu diuinæ *Apoc. 4. 6.* Maieſtatis, vt ait, plena erant oculis, quibus magna ſignatur reuerentia, ibidem præſentes aſſiſtebant, qui in hoc deficit, puniatur, & qui non vt homo templum ingreditur, ſed vt animal irrationale, verberibus templi liminibus exturbetur.

## §. 10. Inuenit ementes, & vendentes &c.

*Exhorret Deus in templo fieri mercaturam, vbi datæ munera, etiam gratis, eſt qui tamen illa deſpiciat.*

ALiam profero rationem, cur Dominus ingreſſus in templum, flagellum aſſumpſerit, eam nimirum quam ſignat D. Greg. 27
*L. 4. Epiſt. 25. 36. L. 5 Epi. 7. L. 9 Epiſt. 40.* eſtque valde familiaris: vt oſtendat, quàm ægrè patiatur, vt auaritiæ vitium intret Eccleſiam. Vbique illam abominatur Dominus: at verò in templo illam execratur acerbiùs, nec vllatenus patitur. Admirabilis fuit illa Amos vatis viſio. Dicit: *Vidi Dominum ſtantem ſuper altare;* quaſi *Amos. 9. 1.* qui progredi vellet: & qui fixam in templo illo

I. Dominus ſtat ſuper altare in templo. Iudæorum antiquo ſedem non haberet: hoc etenim noſtris templis ſeruabatur; vel qui data o, era ſtaret, vt intrantes in templum aſpiceret ſun pta ab eo metaphora, qui exiſtens in templo vt pro placito ſuo & diſtinctè videat eos qui in templo ſunt, & illud ingrediuntur, erigit ſe in pedes: & ſi fieri poſſit, locum aſcendit altiorem.

Eo modo ſe Deus prophetæ videndum obiecit, ſtantem ſuper altare: & hanc tibi deberes præfigere cogitationem, quando templum ingrederis: quod Deus ſit in altari, qui ſuos

in te reflectat oculos, teque vſque ad intimas
cordis rimas perſcrutetur; conſideret quoque,
qualis coram eo ingrediaris, & quid ſit, quod
te huc adducat, & an tam impudens ſis, vt ve-
nias domum ſuam, vt illi in faciem verpum o-
ſtendas, offendaſque grauiſſimè (a) *Vidi Do-*
(a) *Amos. 9.* *minum ſtantem ſuper altare.* Poſtquam omnes
intrauerant, & templum iam eſſet plenum, dixit
Dominus prophetæ: ſume flagellum & vi mag-
na concute portarum cardines: ita vt ſuperlimi-
naria templi contremiſcant. *Percute cardinem, &*
*commoueantur ſuperliminaria templi.* Domine, re-
plicat propheta, ad quid hoc? quid hic modo vi-
II. diſti? Ego reſpondet Dominus, flagellum aſſu-
Auaritia mam, omneſque illos hic præſentes percutiam,
in téplo ita vt nec paruus nec magnus hic ſit mihi re-
non ad- manſurus: & fide mea, quantumlibet huc illuc-
mittitur. que diffugiant, illos ego comprehendam: omnes
Amos. 9. 1 etenim caput habent oppletum auaritia: *Auari-*
*tia enim in capite omnium, & nouiſſimum eorum*
*in gladio interficiam: non erit fuga eis.* Hucne cũ
auaritia veniunt? hucne cum cupiditate? Hucne
deſiderium intrant denariorum? quid ergo Do-
mine, an illam non conſueuiſti perpetuo eorum
videre pectoribus irradicatam? quid magis
commune, quid magis familiare? An non tu di-
*Hier. 6. 13* xiſti. *A minori vſque ad maiorem omnes auaritiæ*
*ſtudent.* Verum eſt vt dicis, ait Dominus, atta-
men illam licet extra hunc locum diſſimulem,
in domo tamen mea minime patiar. Quare? quia
*Matt. 10. 8.* lex huius domus ea eſt, inquit D. Gregor. quam
ipſe Dominus declarauit: *Gratis accepiſtis gratis*
*date.*

III. Eſt templum promptuarium miſericordiarũ Dei:
Templũ hic ſunt peccatorum confeſſiones, hic ſacræ cõ-
eſt oſtiũ muniones, hic exhortationes, hic ſtationes, hic
donorum ſuam Deus largitur gratiam, hic ſcelera rite
Dei. diſpoſitis remittuntur; hic ſeipſum in venerabili
tradit ſumendum Euchariſtia: hic diuinum il-
lud offertur in altari ſacrificium, vultque Deus
hoc in tabernaculo vnus ſcriba doctus ſit qui
dicat: *Gratis date.* Et quare Domine? tam vili tua
valent bona: tam flocci pendis tuas merces, vt
velis eas gratis diſtribui? Non ea de cauſa: eorũ
*Sap. 7. 9.* enim tantus eſt valor vt: *Omne aurum in compa-*
*ratione illarum arena ſit exigua:* ſed quia cum tã
pretioſæ ſint, eas homines tam parui faciunt vt
etiam gratis datas nolint accipere & vltra obla-
tas aſpernentur. An hoc verum non eſt quòd ti-
bi Deus iſtas offerat gratis ſuis miſericordias, &
illas contumax reijcias? Bene dixit hoc ipſe ſũ-
mo doloris affectu, & contra noſtram ingrati-
*Iſa. 65. 2.* tudinẽ nõ leui querela per os vatis Iſaiæ: *Tota die*
*Ro. 10. 21.*
*expandi manus ad populum non credentem, & con-*
*tradicentem.* Alia littera habet: *Ad populum no-*
*lentem.* Omnes obſtupeſcunt ob id quod mihi
accidit, ait Dominus: tota die expandi manus
meas inuitans & liberaliter offerens meas diui-
tias ac inæſtimabiles miſericordias populo illi,
qui etiam ſic gratis oblatas accipere dedigna-
tur. *Ad populum nolentem.* An non tibi Deus re-
miſſionem tuorum offert criminum in confeſ-
ſione, & illam recuſas? An non te Deus ſua gra-
tia prouocat, & rogat, eam nihilominus aſperna-
ris, pluris æſtimans profanæ viliſque muliercu-
læ gratiam, & denarij, dæmoniſque beneuolen-
tiam? An non te ſæpius vocat, vt omnia eius bo-
na tibi arripias, & ſeipſum in venerabili Sacra-
mento, tu verò illum deſpicias, nec habere
velis?

Graphicè nobis Iſaias Deum deſcripſit (no- 28
ſtro loquendi modo) vultu ſubtriſti, & doloris
cordis intrinſeci ſignificatione cogitabundum:
*Et malum apparuit in oculis eius: quia non eſt iu-* *Iſa. 59. 15.*
*dicium, & vidit, quia non eſt vir, & aporiatus eſt:* IV.
*quia non eſt qui occurrat.* Hoc autem eſt, quod Illa ho-
Deus vt peſſimum accepit, ſuiſque diuinis ocu- mines
lis reputat maximè deteſtabile: quòd homines etiã gra-
omnis ſint ita rationis expertes, phrenetici, in- tis oblata
ſenſati, vt bona ſummoperè appetentes, & vt dedig-
illa conſequantur, die noctuque laborantes; ea nantur.
tantum quæ domo Dei continentur æſtiment
viliora; nec ſit qui ad eius recurrat promptuarium,
vnde rubore confunditur, conqueritur, & varias
agitat mente cogitationes.

Iam aliquoties diximus, in Græco verbũ illud V.
*Aporiatus* eſſe valde ſignificatiuum: quo cũ bis Vnde
aut ter S. vtatur pagina, illud Interpres in pro- Deus a-
pria lingua dimiſit, nec tranſtulit: ſignificat autẽ poriatus.
hominem cogitabundum, ignarum cõſilij, quaſi
rubore ſuffuſum: & à mercatore ſumit metapho-
ram. Aduertit quidam in hac ciuitate mercator, VI.
homines ambire linum argento intertextum, Similitu-
quibus ornatè veſtiantur, notat autẽ illud quod do.
paſſim venditur, eſſe falſum, quodque ſtatim
ſplendorem ſuum amittat, & æs eſſe videtur;
quod nec ad horam perſeuerabit, graue, & mo-
leſtum, & iis qui illud deferunt laborioſum:
quid agit? omnes ſuas exponit facultates, & Me-
diolani iubet texi telam aurò obryzo & argen-
to elaboratam, opere mirifico, tanto ſplendo-
re coruſcam, vt ſoli tenebras offundere videa-
tur. Ex illa tenuiorium erigit magnificũ: eo con-
currunt omnes eam ſpectaturi, collaudant vna-
nimes valoremque commendant, & cum de illa
ſermones miſcent, hærent admirabundi. Porrò
nullus

nullus emit niſi fortſitan paulo poſt hic palmũ, alter mediam vlnam ſibi dari poſtulet. Si videns inſtitor ille, quod nullus ſit qui pecunia illam ſibi compararet oſtio domus ſuæ ſchedulam affigeret in omnium oculis, quæ litteris Goticis id eſt capitalibus hoc præferret, Gratis hæc omnia bona conceduntur ei, qui illa voluerit, & nihilominus nullus accurreret: hæc aduertens telam vnam manibus apprehendens, nunc hunc, nunc illum vocaret illamque vltro offerret, dicens. Illam ſumite, chariſſimi: quia gratis illam conſigno & omnes illum cum ea in manibus præterirent, nec eſſet, qui vellet accipere, audiret autem omnes dicentes: certè pretioſa eſt illa Domine tela, verumtamen tibi remaneat: nos enim aliam adulterinam optamus, multo licet nobis pretio conſtet ac labore: quanto vir ille ſtupore ac pudore perfunderetur ac meritò conquereretur, dicens. Adſit mihi Deus: an eſt illis hominibus iudicium? Num ſenſibus conſtant integris!

VII.
Chriſto applicatur

Hoc Deo noſtro contingit. Nos aduertit bonorum eſſe cupidiſſimos: adulterina illa ſectamur, peritura, vilia, lingua inſtar palmæ extenſa pro illis ſudando, ad illa, anhelando. Quàm anhelus ad quatuor aſſes auarus adſpirat? quàm cupidus honorum ardelio, vt honoris punctum, vel granum aſſequatur dignitatis? quàm crebro ægrotus ad ſanitatem ſuſpirat? quàm diligenter inſudat Regis inimicus vt eius ſibi gratiam cõciliet, & de manibus eripiatur Prætoris: noſtri miſeretur ditiſſimus ille mercator, & officinam aperit bonis ſuis refertiſſimam, bonis inquam cœleſtibus, dignitate filiorum Dei, culparum indulgentia, gloriæ magnitudine, & omni ſubſtantia, cunctiſque Dei diuitis in venerabili Sacramento. Quoties, & quàm ſyncerè clamat vt

Matth. 11. 28.
Iſai. 55. 1.

veniant ad tentorium ſuum: *Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. Omnes ſitientes venite ad aquas. O vos omnes*, qui bona tam auidè ſititis, vt exanimes poſt illa curſetis, ad officinam meã properate hic enim ea inuenietis vera, ſubſtantialia, ſolida, tanto terrenis his meliora, quanto eſt à terra cœlum eminentius. Domine num carò vendes? ſi namque ſic eſt, pauperes ſumus, pecuniæ nobis deſunt, forte teruntium habemus, & hoc quidem indigemus, vt hic in terra vitam incolumes tranſigamus. Nequaquam, inquit Deus: Nec enim à vobis aurum expoſco vel argentum quia gratis ea diſtribuo *Qui non habetis argentum, properate, emite, abſque argento, & auro, & abſque vlla commutatione.* Hoc voluit vt omnes intelligerent, quòd gratis gratiæ ſuæ teLas concedat formoſiſſimas, iſtas virtutum gemmas, illas Sacramentorum diuitias ineffabiles: ad illas inuitat, & ex gratia gratias offert cœleſtes: nihilominus aduertit, quòd quamuis, quotquot ſunt, eas magnopere extollant, pretium ac dignitatem agnoſcant, ac proteſtentur valorem earum longius excedere omnem auri vel argenti, vel eorum quæ mundus poſſidet æſtimationem, nec vllas eſſe diuitias ſuperiores, aut ſortem beatiorem quàm illas poſſidere: verumtamen nullus eas expoſcat, imo nec quidem vltro delatas concupiſcat. Heu qualem ignominiam, qualem illi chariſſime infers confuſionem, dum videt quàm vili pretioſiſſimas has merces æſtimes. Obijcies: Pater, hæc ego non dico, & hoc

VIII.
Obiectio refellitur impedimentorũ.

à me Deus auertat. Non dico, me illas nolle, ſed non poſſe: incumbit enim mihi rebus alijs intendere ad vitæ ſubſidium, ſi namque à communione abſtineo, varijs occupor impedimentis, ſi differo confeſſionem, alia occurrunt negotia, ſi ſacro quotidiè non interſum, alijs turbor diſtractionibus: Mentiris, ô proditor, non hæc eſt illa ratio, ſed defectus promptæ voluntatis.

Occurrat tibi quod alias expendimus, de per- 29
magno illo Rege, qui magnificum, ac celeberrimum inſtituit conuiuium, vocauitque multos, & hora conuiuij iam imminente miſit ſeruos vt inuitatos ad epulas conuocarent. Nullus eorum adeo perfrictæ frontis fuiſſe perhibetur, vt dicere præſumeret: dicite Regi: nolo venire ſed, *ceperunt omnes ſimul excuſare*: Hic quia villam Luc. 14. 18
emerat, alter iuga boum, ille quia vxorem duxerat: omnes dicebant: dicite Regi noſtro, tantum libenter reciperem beneficium, ſed tamen deeſt voluntati poteſtas: *Rogo te, habe me excuſatum.* Hoc illi replicant: at Spiritus S. qui eorum corda clariùs intuebatur, clariùs loquitur, & de illis teſtatur: quòd, *Nolueruut venire*: Matt. 22. 3
quia in rei veritate neglexerunt illud recipere, ad quod illos inuitabat, quia recipere noluerunt; ſi namque voluiſſent, nullo poterant negotio pro tantillo tempore illud intermittere, quod dicebant ſibi peragendum, ſicut in rei veritate illud omitterent, ſi eodem tempore quidpiam illis palato ſapiens aut lucri commodum aliquod offerretur. Quid dicere intendis? De-

IX.
Defectus eſt bonæ volũtatis.

claro tibi, verum eſſe, quod non dicas, quod bona nolis, nec merces accipere, quas tibi Deus offert liberaliter, quinimo dicis, quod illas velles accipere ſed quòd dicis quod non poſſis; quod, quia negotijs alijs implicaris, tua non poſſis peccata confiteri, & propter ſocietatem

cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum altero. quòd nequeas miſſæ audire ſacrifi-
cium,ob neſcio quæ negotia , quibus occuparis
panem non liceas tibi ſumere cœleſtem. Porro
verò verius eſt , inquit Spiritus S. quod Dei
dona non recipias,quia recipere illa non vis:il-
la etenim quæ producis vt excuſationes,in aliud
poſſes tempus differre commodiùs , ſicut de fa-
cto faceres , ſi ex alia parte tibi lucri offerretur
occaſio.

*Quoties volui congregare filios tuos ſub alas &*
Matt. 23. 37. *noluiſti:* Tibi offeruntur , tibi dantur , tibi Dei
bona proponuntur , & nec illa concupiſcis : te
X. rogant,te monent , te inuitant, te adhortantur,
Chriſti dona nobis offeruntur. vt illa capias, & illa negligis. *Pro Chriſto lega-*
*tione fungimur tanquam Deo exhortante per nos,*
*obſecramus pro Chriſto : reconciliamini Deo.* Sum
inquit Apoſtolus vt legatus Chriſti , & Chriſtus
2.Cor.5. 20. ipſe eſt,qui per me loquitur,& quod agit , illud
eſt: quod roget te, & ego eius nomine , & per
eum qui eſt,vos obſecro,eius gratiam recipite,
eius amicitiam,eius miſericordias, illũ in ami-
cum vobis ſumite:conſiderate, quam ſit ad hoc
idoneus,perpendite quòd perfectas facere noue-
rit amicitias. Tu videris,an hoc quod tibi defer-
tur,concupiſcas ? verum quidem eſt , quod ais,
pretioſa eſſe procul dubio huius officinæ bona,
veraſque eſſe diuitias, & nihilominus illas deſe-
ris,etiam à rogantibus oblatas.Quàm confuſus,
quis dixerit,poteſt nunc hærere Chriſtus , & de
tua impudentia pudibundus? *Aporiatus eſt, quia*
*non eſt qui occurrat.*

Hinc tibi conſtabit,ex D.Grego.modus ille,
quo Saluator ſuos Apoſtolos miſit hæc bona
Luc.10.9. alijs oblaturos:*Euntes dicite:quia appropinquauit*
XI. *in vos regnum Dei.* Per mundum vniuerſalem
Cur Apoſtoli ſine pera mittantur. prædicate,annuntiate, iam in terra erectam eſſe
officinam omnibus Dei bonis affluentem Domi-
ne, quo modo proficiſcentur hi præcones , iſta
nuntiaturi? *Nolite portare ſacculum, neque peram,*
Matt.10.8 *neque pecuniam neque aurum, neque argentum in*
*Zonis veſtris, gratis accepiſtis,gratis date.* Videant
vos ſtatim ab initio bonorum illorum meorum
non eſſe venditores , ſed quòd illa gratis exhi-
beatis. Ilico ſciant omnes , quòd opus minimè
ſit,illa argento auroque ſoluere,& quare,Domi-
ne? quia ſi vel aſſe ab eis quæſieritis,nullus emet
aliquid ; gratis oblata non volunt habere , vide
quid facturi ſint , ſi ab illis pretium poſtularis.

XII. Simonis Magi peccatũ grauiſſimum. Hinc in D. Petro tantæ oritur indignationis
ratio contra Simonem Magum. Accedit male-
dictus ille,& miracula ſtupens Apoſtolorum pa-
trata poteſtate ; quòd impoſitis tantummodo
manibus deſcenderet in illum vel illum Spiritus
S. in ignis forma viſibili, vel ali... modo , diuina
ſua dona gratiaſque communicans : ... non
parcam offerens D.Petro pecuniæ ſummam,ſic
ait : hos tibi ſume denarios & hanc mihi , qua
Acto.8.8. poſſes vende poteſtatem:*Obtulit eis pecuniam di-*
*cens:Date mihi hanc poteſtatem.* Vah te prodito-
rem;te,tuamque pecuniã diabolus auferat: quia
hoc ſenſiſti. quòd in hac Chriſti officina , bona
eius denarijs diſtrahantur : *Pecunia tua tecum ſit*
*in perditionem : quoniam donum Dei exiſtimaſti*
*pecunia poſſideri.* Non Dei ſunt cogitationes tuæ
cogitationes , ſed multum inter ſe diſcrepant:
*Cor tuum non eſt rectum coram Deo.Pœnitentiam*
*itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum , ſi*
*forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* O
Dei Apoſtole , quomodo vt dubium proponis,
num forte Deus hanc iniquam remittat cordis
cogitationem, ac mentis intentionem , ſi pœni-
tentiam egerit,veniamque poſtularit; quis, ſicut
tu,nouit,nullum eſſe peccatum,non ſolum cogi-
tationis,ſed etiam operis,quod Deus non remit- XIII.
tat per pœnitentiã?declarare voluit quàm enor- Vix remiſſibile.
mi Deum offendat crimine,qui de donis Dei pe-
cuniam ſibi conatur aggregare. Illud tantum-
modo cogitare tam eſt coram illo execrabile,
vt D.Petrus iudicet,hoc à Deo remitti poſſe val-
de difficulter.

Quia non leuis eſt oſtenſa Dei gratis ea no-
lunt homines eius dona,& illa ſument,ſi pro il-
lis pecunias debeant erogare? Quoties cogitaui,
ſi pro audienda vna miſſa à te pretium vnius
regalis exigeretur, ſicut pro comedia , ſi ad lu-
crandas ſtationes duo exigerentur:ſi ad audien-
dam & recipiendam doctrinam Euangelij por-
tarius adſtaret,qui medium Iulium à te require-
reret,quis frequentaret concionem;Modo tam
inſtanter rogati,tot campanarum pulſu excitati,
tot præconum vocibus inuitati , tali quali cerni-
tis adeſtis difficultate, quid eſſet ſi pretium po-
ſtularetur?Ideo,qui templum ingrediuntur cum
pecuniis & auaritia,Dominus illos exturbat, ve-
lut honoris ſui hoſtes infenſiſſimos.

## §. 11. Nummulariorum effudit æs. *Zelo Deus æſtuat nec vnquam ſocietatem aliorum admiſit Deorum , & eade cauſa illum Romani non admiſerunt.*

D. Euangeliſta liquidò nobis facti huius 30
adeo inſoliti in Chriſto tradit rationem,
quòdque à manſuetudine illius tãtopere
diſcrepare videbatur : Dicit hoc ex zelo prouе-

niſſe: cum enim diſcipuli eum viderunt, tantam in magiſtro ſuo mirati nouitatem, zelo ductum aduerterunt. *Recordati ſunt vero diſcipuli: quia ſcriptum eſt: zelus domus tuæ comedit me.* Sumitur ex Pſal. 68. in quo videtur Dauid locutus fuiſſe de Chriſto Domino noſtro. Aduerbium illud *vero* quod addit Euangeliſta, eſt hic ſicut aduerſatiuum & merito eodem vtitur in hac occaſione. q. d. Eo tempore, quo Chriſtus, & quoſdam cædebat, & alios de templo propellebat, velut canes, quando omnes ſtupore pleni hærebant attoniti, nec myſterium valebant huius actionis intelligere: quinimo potius eorum quidam hac de cauſa Chriſto viderentur indignari, nihilominus Apoſtoli nihil ex illa ſiniſtri iudicarunt, nec quidquam ſuſpicati ſunt, niſi quod in Chriſti non paruam redundaret ſatisfactionem, ſed recordati ſunt eius quod Dauid dictante Spiritu S. in illo Pſalmo cecinerat, & in eo hanc modo completam eſſe prophetiam intellexerunt. *Zelus domus tuæ comedit me.*

I. Aduerbium (*vero*) quid hic ſignificet

Eſt autem zelus affectus ardentiſſimus, qui ſe oſtendit impatientiſſimum ad differendam executionem, qui ſumma diligentia procurat, omne illud quod ad diuinum ſpectat honorem, & ſe fortiter opponit illi quod ei videtur derogare, ſic vt quieſcere non poſſit donec illud euerterit, honorque Dei in ſua auctoritate ſaluus ſit & incolumis: vt autem hoc aſſequatur, non hæret in humanis reſpectibus; nec mundi veretur potentiſſimos, qui ſeſe illi poſſunt opponere aduerſarios, nec eum vis aliqua quo minus exequatur, intentum remoratur. Procedit hic affectus ex amore Dei, & qui illo feruescit, res agit adeo inſolitas, quando Dei honor periclitatur quæ tantam in videntibus cauſant admirationem, vt hæreant attoniti. Talis in Aod commendatur zelus, qui conſpicatus idola, quæ Rex Moabitarum ſacrilegus Eglo erexerat in Galgalis, in illum inſurgit, manu gladium arripit, illum perfodit, ſoloque proſternit interemptũ. Nec abſimilis huic fecit ille Zeli feruor in Phinees filio Eleazari, qui, notatore D. Amb. ictu vnico duos trucidauit. Cernit dux ille populi Iſrael, Moyſe ſpectante, totoque populo aſſtante quendam de filijs Iſrael lupanar ingredientẽ, vt cũ meretrice Madianitide fornicetur Deũque offendat non minimè, diuino concitatus honoris zelo, de medio ſurgit multitudinis, arrepto pugione nihil moratus ad interiora penetrat cubiculi, in quo Iſraelitam, cum Madianitide in flagranti repertum delicto perfodit, *Quod cum vidiſſet Phinees, filius Eleazari, filij Aaron ſacerdotis, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitã in lupanar, & perfodit ambos ſimul.* Fuit autẽ hoc opus adeo Deo acceptum, vt propterea iram ſuã demiſerit, furoremque ſedauerit, quo contra filios Iſrael grauiter excanduerat, *Et occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum.* In ſignum, quod iam placatus eſſet, nec vltra contra filios Iſrael exacerbatus vt ipſe Dominus Moyſi declarauit: *Dixit Dominus ad Moyſen: Phinees filius Eleazari, filij Aaron ſacerdotis, auertit iram meam à filijs Iſrael, quia zelo meo commotus eſt contra eos.*

II. Quid ſit zelus.

*Iud.* 3.

III. Probatur in varijs Haod zeloſus.

*In illud Pſ. 118. Tabeſcere me fecit zelus meus.*

IV. Phinees Zeloſus.

*Num.* 25. 8.

*Nu.* 25. 10.

Huic adiungo feruidum Eliæ zelum, quando vocem attollens honoris Dei propugnator exclamat: *Zelo zelatus ſum pro Domino,* Et illo vehementiùs œſtro diuino percitus falſos illos occidit prophetas Baal: & in huius facinoris mercedem, ſi credimus Ambroſio, raptus eſt in paradiſum. Huic quoque Zelum eodem modo demonſtrauit dux ſtrenuiſſimus Mathathias qui animo motus virili omnem illam populi turbã excitauit, contra impia Regis Antiochi ſacrilegia ſtans inuictus. Illos omnes qui pacifici ac clementes habebantur, zelus ille honoris Dei permouit, vt talia patrauerint præter morem inſueta, quæ audientes in ſummam raperent admirationem Et omnium horum zelum ſuperauit Saluatoris noſtri zelus, qui honoris paterni propugnator erat acerrimus: ſi namque zelus effectus ſit amoris, ſole clariùs patet, quòd cum charitas & amor Chriſti erga Patrẽ ſuum æternũ ſit infinitè feruentior illo, quo flagarũt omnes ſancti, & omnis ille omniũ ſanctorum ſimul in comparatione amoris quò Chriſtus ardebat, ſit inſtar minimæ ſcintillæ ad ignẽ maximum comparatæ, neceſſariò eſſe debebat Chriſti zelus efficacior illo, quo ſancti omnes vniti æſtuauerant, Quod ſi illi ſupra commemorati tam inſolita facinora perpetrarũt zelo permoti, quo feruebant, honoris Dei, extra dubium eſt, quòd idẽ ille Redemptorem noſtrũ ad multo his præclariora propellere deberet. Et ita demonſtrauit hac in occaſione, vt ea videatur facere, quæ naturæ ſuæ ſunt repugnantia, indignaque clementia, cum ipſe proprijs aſſumat manibus flagellum eoque feriat templi profanatores, nec à cœpto deſiſtat donec omnes templi foribus eliminarit.

V. Elias Zeloſus.

3. *Reg.* 19. 10.

IV. Mathathias Zeloſus.

VII. Chriſtus omnibus Zeloſior.

Zelus, ideo dicitur fortiſſimus: quia nullæ ſũt vires, quibus conuictus manſueſcat. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſdam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima,* Quando quis vir eſt animo, ac

*Pro* 6. 34.

dignitate

VIII. Zelus leoni cõparatur. ¿ignitate ſubſimis, ſi ſponſam eius offenderis eũ minime placabis, totum licet ei mundum tradideris. Virum, qui laudatur conditione eſſe Angelus, ſi inuenias turbatum, commotum, vt leo furentem, obſtupeſcis; dicat alter: ne mireris, inuenit enim qui coniugi ſuæ voluerit illudere: quilibet furor tũ tibi videtur exiguus. Quoties quis aliquid comedit, hoc in eius vertitur naturam. Partem comedis arietis, digeris illam & in naturam tranſmutas hominis. Leo diſcerpit ouẽ, in in leonem illam tranſmutat, & vires illi & eſſe tribuit leonis. Agnus Chriſtus eſt manſuetiſſimus: paulò ſuperius hoc D. Ioan. indicarat: *Ecce Agnus Dei.* Porro conſpicit, quòd eũ tangant in eo quod charius habet: illũ Zelus comedit leoninus feruentiſſimus in leonem mutatur rugiẽtem, fortem ac terribilem. Contra quos rugiunt hi Zeloſi feruores? Singulariter notat D. Euangeliſta efferbuiſſe contra negotiatores & campſores, qui ad menſas ſuas reſidebant, & in pecunias, quas in illis habebant. Vnde in illos rigorẽ oſtendit ſtrictiorem, quos flagro cecidit, & menſas ac pecunias huc illucque per pauimentum templi diſperſit. *Nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit,*

IX. Pecuniã Chriſtus vt idolũ euertit. Hi maximè Zelum eius excitarant, animumque prouocarunt, mercatores videlicet in menſis ſuis reſidentes, & denarij, quos in ipſis collocarant in templo ſuo. Non dubito, quin illi in mentem venerit, quòd pecunia idolum eſſet in menſa expoſitum, ſicut in altari, quòdque mercatores coram eo proſtrati illud in templo ibidem adorarent. Deus adeo Zeloſus eſt, vt hoc

*Exo.* 20.5 & 34.14. Deus Zelotes eſt. *Exo.* 20.2. *Deuter.* 6. 4. nomine voluerit principaliter inſigniri: *Ego ſum Deus Zelotes, Deus æmulator.* Sicut autem maritus, qui talis eſt, ſocietatem non patitur alterius, ſic nec ipſe Deus illam perpeti dignatur. Hoc primum principium ac fundamentum populo ſuo propoſuit, quòd ipſe ſolus eſſet, quem vt Deũ habere, ac adorare deberent: *Audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt. Non habebis* D*eos alienos coram me.* Ego ſum, popule meus, Eccleſia mea, ſponſus tuus legitimus, alium eſſe non oportet,

*Mat.* 4.10 ſed nec eſt. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Huic accedit, quòd videns à populo ſuo alium adorari Deum, ita contra eos in Zelo ſuo excanduerit (noſtro loquendi modo) vt nullus ſic maritus moueretur, ſiquando propria coniux ad alium oculos ſuos fœdifraga conuerteret: vnde tunc temporis eum generationem vocauit adulteram.

Proſequitur D. Aug. difficultatem non minus curioſam, quàm grauem, ſcituque digniſſimam. Quid cauſæ eſſe poſſit, cur Romani, inſuper & omnes per totum mundum infideles nũquam Deum Iſrael adorarint: *Eorum ſententia fuit, omnes Deos colendos eſſe ſapienti.* Credebant enim: quòd ſicut nomini ſapienti conuenit, vt amicitiæ fœdere copuletur cum cuiuſcumque Reipublicæ potentiſſimis, & cum eis firmam ineat ſocietatem, ob varias quæ paſſim occurrunt, occaſiones, ita ſimiliter expediret cũ omnibus dijs cuiuſcumque gentis aut nationis fœdera ſociarent amicitiæ. Hoc Romani, ipſo D. Leone aſſertore, obſeruarunt ita tenaciter, vt in hoc non minimam ſuæ Religionis ſolicitudinẽ impenderint: vt enim cæteris Roma nationibus imperabat, ita in illa cunctarum dij nationum colebãtur. *Cũ pœne omnibus* (ſic ipſe) *dominaretur gentibus, omnium gentium ſeruiebat erroribus, & magnam ſibi aſſumpſiſſe videbatur Religionẽ, quia nullã reſpuebat falſitatem.* Athenienſes qui inter mundi ſapientes palmam præferebant (vbi Academiæ habebãtur celebriores, ſingulariter ea de cauſa ab eis Minerua colebatur, dea ſapientiæ, vt declarat ipſe D. Auguſtin.) hoc ita mordicus tenuerunt, vt teſtetur Oecumenius quod non ſolũm omnes adorarent Deos, cæteris nationibus cognitos; ſed inſuper & altare erexerant, ignoto Deo conſecratum, vt ſi forſitan aliquis alius ſupereſſet. illis ignotus, eorum cultu nequaquam priuaretur: cenſebant enim conueniens eſſe, omnium ſibi deorum, nullo excepto beneuolam captare amicitiam. Et eo ſenſu declarat id quod ſcripſit D. Lucas de ara quam erexerant in Areopago, inter alias varijs dijs nominatis ac cognitis conſtitutas: *Ignoto Deo.* Hinc multitudo proceſſit Deorum, de qua D. Auguſt. quidam erant dij ſelecti & cæteris eminentiores, ſcilicet viginti: duodecim viri, & octo mulieres Iuno, Iupiter, Mercurius Saturnus, &c. Alij minores, eorumque tanta multitudo, vt muſcarum numerum longè ſuperarent, ipſo D. Auguſtino teſte.

Marginal notes (right column): X. Cur Romani Deum Iſrael nõ adorarint. D. Augu. *Lib.* 1. *de Conſenſu Euange. c.* 17. & *ſeq. Tom.* 4. D. Leo. *Ser.* 1. *Natal. Apoſt. Petri, & Pauli.* XII. Athenienſes omnes Deos colebant etiam ignotos. *Lib.* 18. *de ciuit. c.* 9. *In ca.* 17. *Act.* *Act.* 17.23 XIII. Vnde tãta Deorũ multitudo. *Lib.* 1. *de Ciuit. c.* 2. & *ſeqq. To.* 5.

Quærit igitur D. Auguſt. quid cauſæ fuerit, quòd Gentiles omnium nationum Deos honorantes, numquam altare vel templum erexerint ac conſecrarint Deo Iſrael? *Cur à numero cæterorum iſte reiectus eſt?* Si ſit, quia nullam de ea habuerint notitiam, eſt impoſſibile, cum notitiam haberent populi Dei, eiuſque facinorum, & quid plura? Notiſſimum toto orbe templum erat Dei Iſraelitarum, quem omnes metuebant: nouerant enim omnes, quod Rex Iſrael potentia præfulgeret, & apertè hoc prædixit vates regius: *Deus in domibus eius cognoſcetur. Ecce*

*Pſ.* 47. 1. 31

Pſa.47.4. *Reges terræ congregati ſunt, conuenerunt in vnum,*
*ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt,*
*commoti ſunt: tremor apprehendit eos.* Si ſit, quia
illum timebant, vt ſeuerum ſcelerum vindicem:
D.Avgvs. non eſt hæc ratio (inquit D.Aug.) cum non ho-
*Lib.1.de* norandi quia Dij, quos magis honorabant, erant
*Conſen.* illi, quos magis timebant, & ſi quoſdam cole-
*Euang.ca.* bant, vt ſibi benefacerent, alios autem honora-
*21.To.4.* bant, vt ſibi malum inferrent. Marcus Varro v-
nus ex illis, & quidem eorum omnium ſapien-
tia clariſſimus, opinatus eſt, quòd Deus Iſrael
eſſet Iupiter. *Varro quo doctiorem apud ſe neminē*
*inuenerunt, Deum Iudæorum, Iouem putauit.* Ita D.
Aug. Nihilominus numquam ipſe, aut alius
affirmare auſus eſt, quòd ſub illo nomine cole-
rent Deum Iſrael, ſemperque mos inoleuerat, vt
cunctis mundi dijs thus adolentes, hunc ſolum
non honoratum omitterent: cum tamen eius eſ-
ſet illis cognita celſitudo, & ſuprema per expe-
rientiam notiſſima potentia, quam quotidie in-
ter manus habebant ipſi, cæterique mundi Mo-
narchæ, ſicut varijs in occaſionibus S. litteræ
commemorant.

XIV. Igitur quæ ratio ſupponitur? Primaria (inquit
Ratio D.Auguſt.) ea fuit, quòd Gentiles, nominatim
primaria autem Romani, ſtrictè ſententiam, legem ac de-
quæ ſit. cretum obſeruarint illæſum ab eo latum, cui
palmam inter ſapientes ſapientiæ deferebant, ni-
mirum Socrate: dicebat hic, quòd quoſcumque
in numerum reciperent deorum, illos eo modo
honorarent, quo ipſi deſiderarent honorari. Et
ſic ſe res habet: cum enim Dij illi, dæmones eſ-
ſent, eorum vnuſquiſque ſuam adorationis ac
cultus methodum normamque præſcribebat.
Hic legem ſtatuebat, vt tali ac tali ſacrificio co-
leretur, alter illo vel illo, hic tali vel tali tempo-
re: quia dicebat Socrates: ſi, quando ad epulas
quoſdam inuites amicos, huic ad laboras, vt cui-
que quod ſaliuæ ſuæ placeat apponatur; multo
magis hoc Dijs indulgendum. Igitur quàm pri-
mum quempiam in Deum canonizabant ac ex-
tollebant, ilico interrogabant. Videamus quid
Deus iſte quoad cultum ſuum præſcripſerit, quo
poſſit velitque honorari. Quando iam ſtatutum
erat Deum Iſrael cæteris dijs annumerare, hoc
inquirebant; & occurrit illis, quòd primum de-
cretum illa regula, quam à ſuis exigebat culto-
ribus, hæc eſſet, vt ipſe ſolus ac vnus Deus habe-
Deut.6.5. retur, coleretur, adoraretur. *Deus tuus Deus vnus*
Deut.32. *eſt. Videte quod ego ſim ſolus.* Quo audito aiebant;
39. ſi hunc in Deum recipimus, cæteros ipſos opor-
tet amandemus: præſtat igitur, vt hunc ſolum
non recipiamus, quia ſocios alios non admittit,
quàm alios omnes, qui ſibi mutuo non contra-
dicunt, ſed in vno eodemque Templo, in vna
eademque Republica optimè conueniunt.

Erant illi dij diuinitatis latrones, ex eorū nu- *Phili.2.6.*
mero, quos D.Pau. indicat: illam etenim quàm XV.
ſibi arrogabant, mero ſibi furto rapuerunt. Hoc Dij diui-
intereſt diſcriminis inter domus vel horti alicu- nitatis
ius legitimum Dominum, & furem, quòd fur fures.
vnus alterum non expellat, nec illi ſe ferox op- XVI.]
ponat, modò ipſe partem habeat ex furto. Parū Similitu-
refert furi, qui ex illà parte domum tuam ingre- do.
ditur opes tuas furaturus, ſi alius intret per a-
liam; modò ipſe ingrediatur ac rapiat; nec eum
hoc vexat, quòd alter ex illa parte rapiat, ſi ipſe
ex hac deprædetur: quod enim fur alter diripit,
hoc in eius non cedit detrimentum: non ſunt e-
nim propriæ eius facultates: nec furem hoc an-
git, qui per hos parietes in hortum tuum deſcē-
dit, quod alter per alios irrepat ac deprædetur,
tantummodo ipſe habeat, quod auferat: quia hoc
quod alter diripit, non ipſi hoc abſtulit, nec fit ip-
ſi iniuria, cum proprium eius non ſit, quod alter
eſt deprædatus.

Tu verò qui Dominus omnium es, quæ in
domo tua, ac horto continentur, neminem pa-
teris furem: ſunt enim tua omnia, & quidquid
ex illis perit, in tuum vergit detrimentum. Illi
Gentilium dij, fures erant & latrones. *Omnes* Ioan.10.8
*quotquot venerunt, fures ſunt & latrones*, & in do- XVII.
mum ac eſſe diuinum intrabant auferendo, ra- Dij varia
piendo, deprædando. Hic etenim ſibi ſapien- diuinita-
tiam aſſumebat, ſeque eiuſdem eſſe Deum iacta- tis attri-
bat, vt Mercurius: alter fortitudinem, & buccina- buta ſibi
bat quòd eam tribueret, & Mars dicebatur: ille rapiebat.
potentiæ ſe Deū mentiebatur, quem Iouē nomi-
nabant. Hæc effutiebat, quòd ipſa eſſet quæ cor-
poris efficeret organizationē, & Libera diceba-
tur; alia, quòd ad Natiuitatē auxiliatrix accur-
reret, & puſionē in lucē auraſque produceret, &
Lucina vocabatur: altera quòd pueruli pedes ad
greſſū ſolidaret, & Statilina ſcribebatur. Quidā
potentiam in mare ſibi vendicabat, & Neptu-
nus dicebatur, alia in aere dominabatur, quam
Iunonem vocabant, alius in ſuperficie terræ,
quē Plutonem dicebant: alia in terræ cauernis:
hanc fingebant Proſerpinam: hic tempora diri-
gebat, & Saturnus erat, vt eleganter exponit D. *Lib.4.de*
Aug. Numquam alius alium perturbabat, num- *Ciu.c.10.*
quam moleſtiam inferebat, numquam impedie- *& 11.T.5.*
bat: tu ex hac parte, ego ex altera furemur, om-
niaque diripiamus. Tribuant tibi diuinitatem,
ſicut & mihi pariter attribuunt. Honorent te
colantque vt Deum, non repugno, modō me
ſimili-

ſimiliter vt Deum colant & adorent. Porro Deus
Iſrael, erat Deus, & Dominus legitimus, ad
quem tota ſpectabat diuinitas, idcirco vt iniu-
riam habebat ſibi factam, & reuera talis erat, ſi
quis vel dragmam ſibi illius arrogaret.

☞ 31 Hinc eſt, quòd numquam patienter eum fer-
XVIII. re potuerit: qui vel à mille leucis eſſe diuinum
Deus nō ſuperbus affectaret. Angelum, quem adeo per-
patitur fectum creauit: quia vel vnica cogitatio men-
diuinita- tem eius momordit, non vt Deus eſſet abſolutè;
tis affe- iam enim intellectu ſuo Angelico hoc eſſe ſcie-
ctatores. bat impoſſibile, ſed ſolummodo Deo ſimilis:
Iſa. 14. 14 dixit enim: *In cœlum conſcendam, & ſimilis ero
Altiſſimo*, de altiſſimis præcipitauit, vt de cœlo
ad inferni corruerit abyſſum numquam denuo
Luc. 10. 18 ſurrecturus: *Videbam Satanam, ſicut fulgur de
cœlo cadentem*. Herodes Rex die quodam popu-
lo concionaturus, regio decorus prodijt veſti-
tu, qui dum loquitur in veſtem eius ſolis ra-
dius ita reſplenduit vt velut in ſpeculo reper-
cuſſus totum locum illuſtraret, qua de cauſa
populus adulator, & idololatriæ deditus, voces
cœpit extollere, eumque vt Deum proclamare,
ac Dei nomen illi vtpote bene merito affinge-
gere: quia verò placidas huic adulationi præ-
ſtitit aures, ilico aduolat Angelus, eumque tan-
to percuſſit impetu, vt eum proſtrauerit qui à
vermibus vndequaque corroſus infauſto nimis
Act. 12. 23 funere animam exhalauit: *Conſumptus à vermi-
bus exſpirauit*.

XIX. Numquam aliorum Deus Deorum admiſit
Deus conſortia. Hinc factum eſt vt hoc crimen om-
ægerrime nium grauiſſimè pateretur, quod populus ſuus
fert cri- aliorum admittebat Deorum adorationem: e-
men ido- rant autem hi Zeli, quibus Zelabat Synagogā,
lolatriæ. erant hæ querelæ frequentiſſimæ, quibus con-
tra illam per omnium ora Prophetarum expo-
ſtulabat: quia ſicut ſponſus coniugi ſuæ deſ-
ponſatus, cum ipſe ſolus eius ſit maritus legiti-
mus, nullam ab ea iniuriā accipere poteſt gra-
uiorem, quàm ſi ſeipſam alteri tradat: ita ſimili-
ter, hoc erat grauiſſimum Synagogæ crimen
Deo per fidem deſponſatæ, quod alios Deos
adultera cognoſceret. Hoc in eo (more noſtro
loquamur) Zelum excitauit mortalem: & ſunt
illæ querelæ non vulgares, quas ea de cauſa
Deus exponit contra Synagogam, ſumens me-
taphoram ex eo, quod vir cum vxore ſua agit,
quando inuenit, quod ſe alteri lupam tradide-
rit, fidemque marito violauerit.

Modò capies rationem Zeli, quem tam ex-
preſsè per Ezechielem oſtendit. Detinebat Deus
populum ſuum, triſti duraque admodum in Ba-
bylonia ſeruitute languentem, Propheta Deum
inſtanter deprecatur: Domine, qua de culpa ta-
le ſupplicium? tantus rigor? Propheta: quia his
plura merentur. Vt autem hoc Prophetæ pa- XX.
teat, apprehendit eum, & in Spiritu adducit in Idolum
Hieruſalem, & coram templi veſtibulo ſtatuit. Deus
Intuetur Propheta, ad templi ingreſſum altare execratur.
conſpicit in quo erectum erat idolum, Deus
gentilium. En Propheta, hoc patior impatien-
ter; quàm acerbè (quæſo) ferret hoc vir aliquis,
qui coniugem habet quam vnicè diligit, & pu-
pillis oculi ſui habet chariorem, ſi eo ſpectante,
proh nefas! ſcortatorē amplecteretur? *Erat ſtatu-* Ezec. 8. 3.
*tum idolum Zeli ad prouocandam æmulationem*,
quod ſtabat erectum idolum ſatis informe, vt Dei
viſcera Zelo feruentiſſimo commoueret, quia il-
la Deus habuit noſtro loquendi modo: tam e-
nim peruerſa fuit Iudæorum Synagoga, vt in
ipſo Dei templo idola ſtatuere non vereretur.
Quid ergo? in domo mea (exclamat Deus) mihi
in faciem adulter, idolum? qua ratione hoc
perferam?

Hæc erat illa non minima querela: *Iuxta me* Iſa. 57. 8.
*diſcoperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum*. Grauiorem
non poteſt committere coniux impudentiam,
quàm præſente marito adulterio conſentire,
manuque comprehendere ganeonem, ac in
eiuſdē mariti ſui lecto lupa collocare. O Vates,
num fortè iudicas me ſine cauſa tam grauiter
exacerbatum? Nec quidem pro criminis grauita-
te commouerer: ſi pro demerito puniendus
eſſet populus talis eſſet mihi mulier ferro truci-
danda. Patet hinc Deos falſos ſupra modum di-
uinum excitare Zelum, & quidem coram eo ad-
oratos, in proprio ſuo templo diuinis cultos ho-
noribus: eſt enim hæc talis ignominia, vt Deo
inferri non poſſit acerbior.

§. 12. Effundit &c. *Pecunia habebatur vt Deus
omnium ſupremus, & quæ grauiorem in
Deo prouocat Zelum, eumq; hac in occaſione
commouit.*

NOueris ergo, concludit D. Auguſt. quod 33 ☞
idolum, ſeu falſus Deus, qui Deum ad Lib. 7. de
Zelum excitabat feruentiorem, fuerit pe- Ciuit. c. 3.
cunia: Tantò namque grauiorem in Deo cau- & 11.
ſabat æmulationem illorum Deorum aliquis I.
quantò illum homines honore colebant ſupe- Pecunia
riori, & diuinitatem adſcribebant eminentiorē. Deus
Altior diuinitas, cui vires & partes eius Gen- erat pri-
tiles adſcribebant, erat illa quam Deo pecunia- marius.


rum,

rum, vel denariorum attribuebant, huic ſupremam, primamque conſecrabant diuinitatem. Quid eſt Deo proprium? Eſſe omne bonum, & in ſe comprehendere omne bonum. *Bonum omne*, ait idem ipſe Moyſi. Cui hoc primario deferebant, pecunia erat. In mundi primordio (teſte Ariſtotele) viuebant homines cambijs & permutationibus: qui triticum habebat, ex eo dabat illi, qui vino abundabat, hic verò in cambium vinum refundebat, ſutor calceorū calceos dabat piſtori, piſtor autē panē illi retribuebat. Verùm experientia docuit quòd alimentum non eſſet ſufficienter diſtributum: quia aliquando, qui triticum habebat, & vinum optabat, neminem inueniebat, qui triticum vellet, & inops vini remanebat: ad hoc iudicatū eſt quid aliud debere inſtitui, quod congruum eſſet & aptum quibuslibet rebus permutandis, vt illo quiſque nullo negotio poſſet obtinere quidquid illi opus eſſet: hoc autem fuit pecunia: pro illa tribuebant panem, & vinum, & oleum & veſtem, & quidquid ſinguli voluiſſent.

*Exod.* 33. 19.
*L.* 5. *Eth.* c. 5.
II. Pecunia ſubſtituta eſt cambijs.

III. Pecuniā cur vt Deum adorarint.

Hinc cœperunt homines ſuſpicere pecuniā, velut quiddam in quo cuncta terræ bona comprehenduntur, ac ſibi perſuadere, quòd ille qui pecuniam haberet, omnia haberet: illā namque comparabat ſibi cibum, potum, veſtitum, vitæque ſubſidia. Pecuniā vir emebat generis nobilitatem: pecuniā delicias obtinebat incolumis, medicum & medicinas, & in infirmitatibus obſequium. *Genus & formam regina pecunia donat.* Ex quo factum eſt, vt pecuniæ ſublimiorem attribuerent diuinitatem, quam cæteræ eorum multitudini: ſi namque ex illis, iuxta eorum ſententiā hic mari dominabatur, ille telluri, hic pani, ille vino, oleo ille, paci alter, alter bello, pecuniam omnibus notabant imperantem. Firmiter autem credo hunc eſſe legitimum verborum Apoſtoli ſenſum: *Auaritia quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus.* Quamuis enim SS. Patres millenas hic adferant expoſitiones, hæc tamen bona eſt. Eſt auaritia idolorum ſeruitus: vt enim idololatræ millena colunt idola, quibus ſeruiūt, quæque vt Deos adorant, quædam ad hoc, alia ad aliud, ita auarus pecuniam adorat, quaſi illi videatur quòd plenam habeat diuitatem ac poteſtatem iſtorum omnium vniuerſalem, & hoc eo modo, vt in hoc vno omnes includat alios Deos: & ſoli pecuniæ eum tribuit honorem auarus, quem infideles cunctis dijs ſuis adſcribebant. Idcirco loquitur Apoſtolus in plurali: *Simulachrorum ſeruitus*, q. d. ſoli pecuniæ eum tribuit homo honorem, & obſequium, quod reliquæ ſimulachrorum multitudini.

*Coloſ.* 3. 5.
IV. Auaria cur dicatur ſimulachrorū ſeruitus.

Percunctatur D. Auguſt. quæ ratio detur cur Gentiles, cum tantam haberent Deorum colluuiem, vnum pani dedicatum, alterum vino, aliū leguminibus, alium potibus, auibus alium, vt diximus, non erexerint Deum particularem pecuniæ? Falleris, inquit, licet eum enim hoc proprio nomine non cenſuerint, ſub nomine tamen Iouis eum coluerant: hunc ſingulariter appellarunt Deum pecuniæ, erat etenim illis domeſticè notum, quòd Iupiter Deus eſſet omnium ſupremus, & qui prærogatiua vigeret poteſtate inter reliquos Deos, quem & eorum patrem ſtatuebant, in tantum, vt crederent omnem reliquorū poteſtatem Deorum ab eo dependere, nec non quòd Saturnus ab eo quoad temporis gubernacula dependeret, & Mars in ſuis bellorū victorijs, & Iuno in operibus actis, & Mercurius in infuſione ſapientiæ, ſicut ſubtiliter ex ipſis Gētilium doctrinis cōfirmat D. Aug. Quinimo hac de cauſa crediderunt, quod Iupiter eſſet ipſe Iudæorum Deus: quia ſciebant illum eſſe omnium potentiſſimum. Quia Iupiter Deus erat ſupremus ac vniuerſalis, qui in omnia tenebat imperium, qui in omnibus operabatur, illum ſpecialiter inſcripſerunt *Deum pecuniæ*, vel *Deus pecuniæ*: eo quòd opinarentur, quòd hæc illa eſſet pecuniæ magnitudo, omnia poſſe, ſubijcere omnia, ſuperare omnia, & in omnibus operari: *Pecuniæ obediunt omnia*: Nec paruus quiſquam eſt vel magnus, qui non operetur mediante pecunia: per hanc domos poſſident, campos, loca, maria, fluuios, honores dignitates; per hāc auctoritate & obſequio præcellunt; per hanc notitia famaque celebrantur.

*Lib.* 7 *de Ciu. c.* 3. *&* 12. *cit.*
V. Deus pecuniæ ſub nomine Iouis colebatur.
*Lib.* 1 *de Conſen. Euang. c.* 11.
VI. Pecunia poteſt omnia.
*Eccle.* 10. 19.

34 Hinc originem ſumpſit, quod Zelus ardentiſſimus, quo Deus feruet, hunc impugnet Deū pecuniæ. aduertit enim quantum colligi poteſt, quod Sanctus non magis confidat in vero Deo, quàm auarus in diuitijs: quod ſi D. Franciſcus Patriarcha Ordinis Minorum inclytus, totas integras noctes impenderit, cum Deo familiariùs agens, illis ſolis verbis: *Deus meus & omnia*: Idem hoc agit cum ſuis pecunijs auarus, quibus ſe recreat, illas aſpiciens, euoluens, reuoluens, tangens, numerans, ſummoque illis affectu colloquens: *Deus meus & omnia*: Vobiſcum omnia habeo: Et ſicut aduertit D. Baſil. de quo mutuauit illud D. Ambroſ. Non feruentiùs quiſque vir ſanctus cor ſuum, intellectum, voluntatem ac animam in Deum dirigit, de illo ſermonem habens, de eo cogitans, de eo ſomnians, quàm auarus in pecuniam: *Aurum reſpicis, aurum imaginaris*,

VII. Auarus plus aurū diligit quam Sanctus Deum.
D. BASIL. *Ho.* 7. *in diueſcent.* *Tom* 1. *Serm.* 81.

*naris, hoc tibi dormienti inſomnium, & vigilanti*
*deſiderium, quæcumque vides, in aurum conuerti*
*cupis, daſſ operam quo, ad poſſis, & liceat. Quid*
*enim rerum non moliris, monſſ vnius auri gra-*
*tia, &c.*

Optimè quadrat hic, quod de grege eorum
vnus dicebat, quē vates Oſeas auſcultarat. Illos
fuerat adhortatus, vt omnē ſpem ſuam in Deum
conjicerent, ad illum ſe conuerterent, eiuſque ex
Oſe.12.8. totó corde fiderent miſericordiæ: *Miſericordiam*
VIII. *& iudicium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper.*
Pecunia Prodit alter inde, quaſi replicans: dicito, quid-
vt idolũ quid tibi in buccam venerit: optimum enim mi-
habetur. hi habeo Deũ, qui in omnibus mihi ſubueniet,
nempe pecuniam; *Et dixit Ephraim, Verumtamen*
*diues effectus ſum, inueni idolum mihi, omnes labo-*
*res mei non inuenient mihi iniquitatẽ, &c.* Hæc
alias verba declarauimus. Hinc naſcitur, quod
ſicut dum maritus notat, quòd coniux ſua oculo
nimis blando alterum reſpicit, ilico fero illam o-
culo contuetur: ita quoq; Deus aduertens quòd
anima pecuniam vt Deum intuetur, ac in ea
totam ſuam ſpem collocet, eam oculo conſpicit
IX. inimico ac indignabundo, & ſe mundo maniſe-
Illud ſtans, acerbius impugnare cœpit diuites ac diui-
Chriſtus tias, atque, pauperes, ſuos eſſe intimos amicos
impug- quodque illis cœlorum regna parauerit: *Beati*
nat. *pauperes: quia ipſorum eſt regnum cælorum*; Et de
Matt.5.3. diuite prædicit. *Diues difficile intrabit in regnum*
Matt.19. *cælorum: facilius eſt camelum per foramen acus*
23.24. *tranſire, quam diuitem intrare in regnum cælorũ.*
Et ſuſpirió de pectoris imo producto', ſic diui-
Luc.6.24. tum deflet infortunium: *Væ vobis diuitibus, quia*
*habetis conſolationem veſtram.* Non in omnes il-
los inuehitur, ſed in eos, qui cor ſuum habent
pecunijs addictum illas, vt Deum adorant; &
quorum in ijs tota innititur ſtatque fiducia.

X. Hinc caſum illius diſcimus diuitis, de quo
Diues Chriſtus retulit, multis opibus affatim opulenti,
diuitias qui nocte quadam illis amicè collocutus ſic ait:
demul- anima mea, perpende quantis, ad luxum vſque
cens illis diuitijs abundes, illis ineſt, quidquid votis om-
ſubito nibus exoptare potueris: cum igitur omnia diues
priuatur. habeas, comede, bibe, epulare, requieſce. His oc-
cupatus cogitationibus, ecce vocem audit cœli-
Luc.12.20 tus: *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te;*
*quæ autem paraſti, cuius erunt?* Hac nocte mo-
XI. rieris, videamus autem cui hæc bona futura
Similitu- ſint emolumento, & an ea tecum ſis delaturus.
do. Soleo dicere, ſtulto huic hoc accidiſſe, quòd mu-
lieri adulteræ, quæ de nocte expergefacta, ad
feneſtram recurrit, & cũ impudico ſuo colloqui-
tur amaſio nimis familiariter: audit illam mari-
tus, de ſtrato ſe proripit, & ſumpto pugione, ô te
meretricem, ſcortum, lupam, talemne contra me
moliris traditionem? Sic meo quidem iudicio,
Deus illam conſpexit animam adulteram, opi-
bus ac pecuniæ amicam, cum illis familiarius
colloquentem, illas demulcentem, proſilit gra-
uiter irritatus, & diuinæ pugione iuſtitiæ illam
tranſuerberat, hic moriens nequiſſima, anima
fœdifraga, & infidelis. XII.

Non fert Deus, vt alium eius loco ſupponas, Non fert
aut cor tuum alteri quàm ſibi conſecres. Quan- Deus
do hoc aduertit ilico tibi illum aufert. Nouit alium
animam noſtram ad proditionis & infidelitatis præter ſe
crimen inclinari, (teſtatur D. Aug.) illique con- diligi,
tingere quòd mulieri ac proſtitutæ, cui ſponſus alioquin
literas ſeu nuntia mittit per pediſſequum ele- illum
gantiori forma conſpicuum: hæc autem illum tollit.
intuita, tanto eius amore capitur vt eius gratiâ, Tract.2.in
ſponſi ſui incipiat obliuiſci: quid ſponſus? illum 1. Cano
confeſtim amandat, domoque turbatus elimi- D. Ioan.
nat. Sic illa Putipharis perfrictæ frontis inuere- XIII.
cunda mulier, vt Spiritus S. teſtatur, cui Ioſeph Similitu-
iuuenem venuſtate corporis gratiſſimum, Ange- do.
lico vultu decorum maritus deſignarat in ſer-
uum ac pediſſequum, cordis affectum transfert
in Ioſeph, & ad inauditum prouocat pellex
adulterium, mariti ſui prorſus immemor. Hoc
agit anima tua. Concedit tibi Deus filium, vt illi
tanto beneficio gratus deſeruias, cumque non
paruum enutrias Deo pediſſequum: tu verò tan-
to illum complecteris affectu, vt Dei tui, eius
gratiâ, obliuiſcaris. Tribuit tibi Deus naturæ
dotes eximias, vt per illas illi ſtrenuè famule-
ris, & dum te corpore cernis eminentem, pari-
ter coneris & animæ pulchritudine præfulgere:
tu verò ſtulto illis adhæres affectu, ſimilis illis
quos vidit Ezechiel adorantes ad Orientem.
Largitur tibi Dominus honoris gradum, quo
totus eius intendas obſequio, & amori, teque ge-
ras velut eius ſeruus honorarius, tu verò hoc ipſo
grauiter illum irritas: hoc enim totum eſt ſtu-
dium tuum, quo ſaluum illum tutumque cuſto-
dias. O Anima fœdifraga, quæ tanto pediſſe-
quum amore proſequeris? Ab oculis eius ille re-
mouetur. Hac de cauſa, tibi filium adimit, qui
tuum idolum, & filiam, quam adorabas, & ho-
noris gradum cui nimis intemperanter & inor- 35
dinatè ſeruiebas. XIV.

Et hæc cauſa fuit, ſi D. Auguſt. credimus, cur Cur Eze-
Rex pijſſimus Ezechias, diuino motus Spiritu chias ſer-
miraculoſum illum ceperit ſerpentem æneum, pentem
à Moyſe quondam conflatum, & erectum in ſa- Æneum
lutem eorum, qui à ſerpentibus ignitis morſi in- confre-
teribant, gerit,

teribant, illumque in fruſtra confregerit, & in puluerem redactum deiecerit in torrentem Cedron, vt ex eo nec memoria, nec pulueres ſupereſſent: *Ezechias Rex religioſa poteſtate Deo ſeruiens cum magna pietatis laude contriuit.* Quid hoc rei? rem diuino conſtructam ordine, ſignum adeo prodigioſum confringere, comburere, in torrentem demergere? Remedium adeo ſalutiferum? Vtique: quia tanto Iudæi ſerpentē ardore complectebantur, vt iam inciperent illi thus adolere, iam illi non Deo cordis affectum conſecrarent, à quo illum acceperant. Itaque Ezechias ſe velut fideliſſimum Regi ſeruum demōſtrauit, qui ſi videat, quod Regina nobilē quendam inordinatè diligat, illumque ſciat iam Regi molientem inſidias, violentas ei manus iniicit, & ium tranſuerberat. Hinc timor ille, quo ſancti concuſſi viuunt, num inordinato terrenis amore afficiantur, quæ Deus illis largitur: vt tantò ſeruiant illi ſtudioſiùs: in tantum vt D. Auguſt. ſcrupulo nimis angeretur, vt ipſe fatetur, eo quod ex cantu chorali non modicam perciperet voluptatem. Hic ordinatus erat, vt inde ſpiritus in Deum raperetur. O Domine, iam video, quod doleo, nimia me delectatione hoc cantu recreari, & inordinato pediſſequum hunc amore complecti, quem mihi conſignas, vt tuā perpetem geram memoriam: vnde vt verus humilis prædicationi verbi Dei inſiſtens hanc mentis fatebatur infirmitatem, rogabatque auditores, vt cum illo, & pro illo lacrymarentur: *Flete mecum, & pro me flete.* Et quod tuum S. Auguſtine facinus? *Mihi accidit, vt me, amplius cantus, quàm res quæ canitur moueat, ideo pœnaliter me peccare confiteor.* En quàm tenue peccatū, & quot lacrymis elutum, quantoque tremore percellat eum, qui talis eſt, qualem eſſe nouimus Auguſtinum. Perſpectus erat illi Dei Zelus ferventiſſimus, & quantopere moueatur, dum affectus alteri, quàm ſibi dedicatur, licet res ſit in ſe ſancta, qualis cātus eſt Eccleſiæ: quid erit igitur, affectu ita immoderato proſequi, quaſi tu filium, aut filiam, aut amicum, aut pecuniam, aut ſanitatem?

D. AVGVS. Lib. 10. de ciuit. c. 8. Tom. 5.

XV. Timent ſancti ne terrenis nimis afficiantur.

D. AVGVS. Lib. 10. Conf. c. 33. Tom. 1.

XVI. Deus pecuniam vt aduerſarium auerſatur.

Inter alia quibus homo ſecuriùs confidit, quodque omne ſuum bonum æſtimat, pecunia eſt. Ex quo fit, vt contra illam Dei ferueſcat odium, illam habeat aduerſarium, & intueatur ſicut nobilis adulterum, quem eſſe intelligit, qui proditorias in ſe cum vxore tendit inſidias. Si tu vir præclariſſime non dubia habens indicia vel noſti quempiam vxorem tuā ad inhoneſta pellicientem, quem illa immodico diligit affectu, non paruā moueris indignatione. Porro ſi domum tuam ingrediens, cubiculum tuum aſcendens, vbi proprium eſt cubile, illum in eo reperires cum coniuge tua, ipſam autem gannioni blandientem, quid rerum ageres? O traditorem, & hic in domo mea? Et quid tibi ad ſummum proditionis crimen deerat, niſi vt cum vxore mea eodem lecto ſcortator decumberes?

XVII. Similitudo.

XVIII. Applicatur Chriſto.

En tibi quod hodie Saluatori noſtro contingit. Ipſe commoto ſemper oculo pecunias aſpexit, ab incunabulis, imo ab initio ſuæ Incarnationis pecuniam habuit vt inimicā, eius enim eſt competitor, eſt ille quo cum anima ſcelus molitur traditionis: in ſuam hodie Chriſtus domum ingreditur, templum ſcilicet, ſuæ quietis locum, & ibidem in menſa pecuniam offendit velut in altari, quod eſt vt proprius eius lectus, & alios illam velut adorantes: *Nummularios ſedentes.* Ad illos primò recurrit, velut adulteræ maritum, & collectis ſubitò, quos ad manum habebat, funibus ac reſtibus, ipſos cœpit acriùs impetere & inſtar canum fuſtigare, dein de adulteram aggreditur ſcilicet pecuniam: Dicito tu mihi, peruerſiſſima ſcortatrix, quæ te cū eſſētia diuino ſuperbiùs extollis, te omniū oculis exponens, quaſi eſſes omne bonum, & vt tale te omnes adorant, & quid tibi deerat, quo ſupremā mihi impingeres ignominiam, atque vt Deus habereris, niſi quod templū haberes, & veri Dei templum, tuum eſſe cenſeretur? Arripit illam, proſternit, & per templi deiicit ſpargitque pauimentum: *Effudit æs.* Nefandiſſima, hic tibi debetur locus, non altare, non templi menſa. Nō tuus eſt locus humani cordis altare: hoc etenim mihi conuenit & in quo volo gratiſſima mihi dedicet ſacrificia: locus tuus perditiſſima hic eſt, per pauimentum diſpergi, pedibus conteri, contemni vt non pluris æſtimeris, quam id quod pedibus vt vile quid, proteritur: & ſi te hominibus conceſſi non ea mente conceſſi, vt te ſuper ſui cordis aram exaltent, ſed eorum pedibus proſtrata, ſeruias, velut, quæ media ad Deum ſurſum aſcendant: hoc enim eſt: *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.* Pſ. 8. 8.

XIX. Chriſtus pecuniā vt adulterum ſolo proſternit

XX. Pecuniæ ſub pedibus.

Locum illum amice, vt ſibi propriū debet habere pecunia, filius, dignitas, diuitiæ, non cor tuū, ſed pedes tuos, vt per illa ad Deum aſcendas, & locus per bona hæc temporalia diſponas, ad cœleſtia proprius tandem obtinenda. Sub pedibus tuis pecunia vt eſt ſub ex illa ſcalas erigas ad Dei gloriā, orphanis pauperibus tribuens, captiuis, viduis, puellæ præ inopia periclitāti: *Diuitiæ ſi affluāt, nolite cor apponere.* Pſ. 61. 11.

re.

æ. Hunc illi locũ ab exordio conſignauit Eccleſiæ, quando conuerſi fideles, oſtendentes, quod ſolum Deũ, vt talem, vellent adorare, ſuam omnem in eo collocare fiduciã, & in eo omne ſuum bonũ inuenirent, omnibus, quæ propria poſſidebant, renunciabant, eaque vendebant: & ex eis redactam pecuniam, ad pedes proſternebant Apoſt. *Ante pedes Apoſtolorum.* Ad terram, & ſub pedibus

Act. 4. 35. proſternatur: non enim ei conuenit in corde reſidere. Hi ſunt feruores Dei Zeloſi, & illos timete diuites, qui in ſolis veſtris fiditis pecunijs, in numerum eorum redigendi, de quibus cecinit

Pſ. 51. 9. Pſaltes regius. *Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum.* Et inter illos numerandi: *Qui confidunt in virtute ſua & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.*

Pſ. 48. 7. Caue tibi ô anima, ne Deo ſis fœdifraga, ne te crimine polluas proditionis, ne te Deus adulteram ſeuero æternumque caſtiget.

§. 13. Fecit flagellum &c. *Nulla præmiſſa verborum correptione, illos Dominus flagellat: eſt etenim auaritiæ laqueus indiſſolubilis.*

36
I.
Deus præmonet priuſquã puniat.

VIdetur hic Chriſtus mirum in modum, & præter morem ſuum ſeuerus: ſolet etenim, vt diebus præteritis diximus, priuſquam aliquem puniat, illum præmonere. Olim in diebus Noë (Not. D. Chryſoſt.) mortales ob non tolerandas vlterius iniquitates puniturus, illos prius inſtituit monere, & per Noë iuſtitiæ præconem ad pœnitentiam adhortari: hac de cauſa fabricare eum voluit arcam illam cuius operi centum impendit annos, quatenus verbis Noë, & fabrorum lignariorum ictibus, ac ſtrepitu naupegorum in ſe pœnitentes conuerterentur: quo-

2. Pet. 2. 5. circa D. Petrus Noë vocat: *Præconem iuſtitiæ.*

2. Para. 36. 15. Idem notamus, quando grauiter eum populus offendebat: *Mittebat Dominus Deus patrum ſuorũ ad illos per manum nuntiorum ſuorum,* &c. Sic Hieremias primò verbis & exhortationibus, deinde catenis circumcinctus illis captiuitatem minitando vaticinatus eſt. Ezechiel & omnes Prophetæ hoc in munere perpetuo verſabantur.

Si igitur dum Deus dicebatur vindictæ, non illico flagellum arripuit; vt quid modò primo feruore, illos eorumque menſas ſubuertit? Notes itium illorum auaritiam fuiſſe cordibus irradicatam. Quando peccatum hoc animam poſſidet, vix vlla ſpes affulget, quòd ab illo liberabitur, vllumq; in eo fructum exhortationis ſermo producet.

Apparet in eo quod narrat D. Lucas. Sæpe ſæpius II.

Chriſtus Phariſæis prædicabat, eorumque vitia non tacebat: quamuis autem quidam rabie tabeſcerent, alij turbarentur, alij illi moleſtiam adferrent, porro, die quodam, dum auaritiam plus ſolito reprehenderet, cupiditatemque habendi damnaret: *Audiebant hæc omnia Phariſæi, qui erãt auari, & deridebant illum.* Ille namque cuius animam hoc vitium occupat, nec ſe turbat, nec inquietat, nec mouetur ſed hoc tantum audito prædicatore, inquit D. Baſil. (ex quo idem ſumpſit D. Ambroſ.) dicit auarus: *Pulcher ſermo, ſed pulchrius aurum.* q. d. Dicito quidquid placuerit: optimè mihi eſt, & quietus ſum auro meo. Hunc ipſum Saluator fructum illis prædicando retulit: *Deridebant illum,* & hoc ſuppoſito ad hunc premotus gradum, iam non eſt aliud quàm quod ſe à prædicando talibus ſubducat: dixit enim Spiritus S. *Qui erudit deriſorem ipſe iniuriam ſibi facit.*

Auaritiæ vitium incurabile, vt patet in Phariſæis.

Luc. 16. 14.

Ho. 6. in ditesc.

Serm. 81.

Prou. 9. 7.

III.
Similiter & in Achan.

Eleganter expendit D. Ambroſ. quod Ioſue inuicto duci Iudæorum accidit: dum enim cogitat vrbem Iericho bello laceſſere, Dei nomine præconum voce denuntiat, nequis vel paruum quid, vel magnum huius ciuitatis attingere præſumat, ſed omnia flammis exurantur: ſi quis enim vel minimum quid aut ſumpſerit aut tetigerit, totius populi vitam manifeſto exponeret periculo. *Vos* Ioſue 6. 18.

*cauete, ne de his quæ præcepta ſunt, quidquam contingatis, & ſitis præuaricationis rei, & omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint, atque turbentur.* Ciuitatem inuadunt: quidam autem auri cupidus nomine Achan vidit inter manubias laminam aureã, certam pecuniæ ſummam, & chlamydem coccineam, hæc omnia ſibi diripit & abſcondit: victoriam ſuam in conſecutione terræ promiſſæ proſequuntur, & Hai ciuitatem impugnant: egrediuntur oppidani, & plurimos proſternunt Iſraëlitarum, cæteris ad turpem fugam compulſis. Illico Ioſue ad Deum confugit: Domine mi, quid hoc? *Mi Domine, audient Chananæi,* &c. cladem hanc noſtrorum audient Chananæi, quo fiet, vt te tuumque populum deſpiciant iunctiſque viribus animos ſuperbi reſumant, noſque vnanimes opprimant hac clade confractos. Non te frangat iſta res, inquit Deus: eſt etenim inter vos cor quoddam auaritiã conſpurcatum, quod mandatis tuis cupidum auri non obedijt. Quis Domine? Multis vltro citroque (a) interpoſitis, inuenit Achan. Duo notat hic D. Ambroſ. Primum: quòd cum infelix hic eſſet præmonitus, ſi cupiditati ſuæ frœna laxaret, diſcrimini populum exponeret

(a) D ſpues de dadas y preſa.

ret vniuerſum internecionis, hoc non obſtante, furtum commiſerit: hæc enim ſunt auari viſcera, qui modo ſuæ ſatisfaciat cupiditati, non anxius dubitabit, licet vnus hic pereat, alter ibi corruat, reſpublica demergatur, iuſtitia corrumpatur, & omnia inuertantur, & faxit Deus hæc non eſſent cuncta veriſſima. Secundum: quod verbum præceptumque Ioſue tam ſit efficax, vt ſoli tantummodo acclamando, ac dicendo, vt curſum ſuum ſuſpendat, nec vltra tranſgrediatur, ilico ſiſtit ille, & in medio cœlo, cum rapidiſſimo volaret curſu, gradum figit, velut ſi trabalibus clauis configeretur, hæc vox adeo potens, nihil poteſt in corde auari operari: eſt enim facilius ſuſpendere ſolis curſum, quàm auarum, cuius cor auaritia poſſidet. Loquatur D. Amb. *Ieſus Naue, qui potuit ſolem ſiſtere ne procederet, auaritiam hominum non potuit ſiſtere, ne ſerperet. Ad vocem eius ſol ſtetit, auaritia non ſtetit, ſol itaque ſtante confecit Ieſus triumphũ, auaritia autem procedente pœne amiſit victoriam.*

D. Amb. *Lib. 2. offic. c. 26. Tom. 1.*

☞ 37 Proprio vocabulo vocauit Apoſt. Paulus auaritiam laqueum diaboli, verbis illis diuinis: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionẽ.* Non ait, vt acutè notat D. Chryſ. quem ſequitur D. Th. illi qui diuitijs abundant: quia diuitem eſſe, à malo non eſt. *Non dixit diuites, ſed qui volunt diuites fieri:* plures enim diuites ſancti ſunt, boni, amici Dei: nam opes illis ſunt inſtrumenta virtutis & pietatis, quales fuerunt Abraham, Iob, Dauid, & alij, ſed illi, qui in voluntate ſua inuiſceratum gerunt amorem diuitiarum. *Qui volunt &c. Cupiditas accuſatur, non aurum, non argentum, non diuitiæ,* teſtatur D. Aug. proinde hæc doctrina cupidis applicatur licet ipſi pauperes ſint: ſat enim multi ſunt noſtro infortunio: vnum mihi ex illis oſtende, & eum tibi do, vt perditum: tales namque. *Incidunt in tentationem & in laqueum diaboli.* Heu in quantas corruunt tentationes: quotidie ex inſtructione Saluatoris noſtri cœleſtem Patrem deprecamur, vt ſua nos manu fulciat, nec in tentationem patiatur cadere diaboli: *Et ne nos inducas in tentationem.* Auarus igitur in omnes (inquit) incidit tentationes: vt enim ex D. Thoma diſcimus, ſi diabolus ad furtum eum prouocet, ad homicidium, ad dolos, ad fraudes, ad omiſſionem ſacri, ad iniquos contractus, ad periurium, in commutationem & lucrum quatuor regalium, pronus in omnes illas incidet tentationes.

IV. Auaritia laqueus diaboli.
D. Chr. *In 1. ad Timoth. Hom. 17. Tom. 4.*
*In 1. ad Timoth. c. 6. Lect. 2.*
D. Aug. *Lib. 50. Hom. Ho. 33. Tom. 10.*

Optimè dixit D. Chryſoſt. auarum comparari poſſe ciuitati abſque muris vndique patenti, vt quotquot intrare voluerint, totum inoffenſo pede patulum inueniant ingreſſum. *Ciuitas quædam abſque muro in agro ſita, & vndique inſidiantibus expoſita.* Quælibet tentatio refugium in ea reperit, vnde & in omnes incidit. Addit hoc amplius: *Incidunt in laqueum diaboli.* Millenos laqueos habet diabolus. Hos clarè conſpexit Dauid, quem ſic audio lamentantem: *Præoccupauerunt me laquei mortis.* Et D. Antonius eremicola die quodam totum vidit mundum laqueis refertum, ei ſatis conformiter, de quo nos præmonet Spiritus S. *Communionem mortis ſcito: in medio laqueorum ingrederis.* Caue tibi, tibi conſule, mortem enim tibi habes collateralem, & ſociam (hoc enim opinor indicare: *Communionem mortis ſcito:*) medias enim inter laqueos obambulas. Expendit hũc locum D. Auguſt. & ait ad eunde diligenter, omnia diabolus retibus laqueiſque obduxit. *Laqueos poſuit in diuitiis, laqueos in paupertate, laqueos tetendit in cibo, in potu, in voluptate, in ſomno, & in vigilia, laqueos poſuit in verbo, & in opere, & in omni via noſtra.*

V. Auarus vrbi patenti ſimilis eſt.
D. Chry *Ho. 13. in Act. Tom. 3.*
VI. Multi ſunt laquei diaboli.
*Pſ. 17. 6.*
*Eccl. 9. 20.*
D. Aug. *Lib. ſoliloq. c. 16. Tom. 9.*
*Vide tract. 8. nu. 83. & ſeqq.*

Hoc argumentum inſequitur D. Ambroſ. *Multi laquei quacunque progredimur, laquei in corpore, laquei in lege, laqueus in pecunia; laqueus in religione, laqueus in ſtudio caſtitatis: exiguis namque momentis mens inclinatur humana, & huc atq; illuc pro verſutia ſuadentis frequenter impellitur.* De hoc præclarum edidit D. Chryſ. tractatum. Multi ſunt laquei diaboli, nihilominus dicit D. Paulus, vnum eſſe omnino ſingularem & diabolo proprium, videlicet auaritiam: nam quem diabolus illo comprehendit, eum iudica omni ſpe ſalutis expertem, ac perditum: benè quidem ei potes prædicare, eum monere, ſed omnia paruam adferent vtilitatem. Videtur hic Apoſtolus illius laquei meminiſſe Iudæ proditoris. Vide quis ille ſit laqueus: licet enim Apoſtolus eſſet, qui in illum incidit, inhæret, tamen vt deſperatus. Apoſtoli in quoſdam ceciderunt diaboli laqueos: D. Petrus in laqueum trinæ negationis ac periurij humano metu perculſus: grauis laqueus, ac fortis, quem videtur D. Paulus vt grauiſſimum nominare, dum de quodam ait: *fidem negauit:* Verum tamen ad vnum Chriſti contuitum, ſaluus euaſit & incolumis. D. Iacobus, & D. Ioannes fratres, aliquatenus ceciderunt in laqueum ambitionis, primas cathedras, ſedeſque ambiẽtes. Porro vnico Saluatoris verbo illo expediti liberantur. D. Thomas in laqueum corruit infidelitatis, & erroris dum pertinax, aſſerentibus rei veritatem reſpondit: *Non credam:* attamen ad primum Chriſti verbum qui manum eius apprehendit,

D. Amb. *Lib. 4. in Luc. Tom. 4.*
VII. Laqueus ſingularis diaboli, auaritia eſt.
*Ho. 15. ad Pop.*
*1. Timot. 5. 8.*
*Ioannis 20. 25. & 28.*

dit, & alteri vulnerato impoſuit, ille diſſoluitur ſitque diſcipulus fideliſſimus, voce intonans altiori, *Dominus meus, & Deus meus.*

Ioannis 11.66.
VIII.
In hunc corruit Iudas, & damnatur.

Porro Iudas in laqueum hunc lapſus eſt auaritiæ: *Fur erat & loculos habebat.* Nec eius conuerſioni ſufficit Saluatoris noſtri prædicatio, & exhortatio; nihil profuit quòd eum in Apoſtolum extulerat, poteſtatem in ſuo nomine ſuper dæmonia tribuat, & infirmitates; non eum emolliuit, quòd Chriſtum videret ſuis humiliter proſtratum pedibus; eoſdem lauantem; non eripuit corporis Chriſti ſacratiſſimi, ac pretioſiſſimi ſanguinis donum ineffabile; Non eiecerunt tot exteriores, tot interiores admonitiones; nihil horum illum hoc laqueo eripuit, nihil profecit: hoc quippe huic eſt laqueo proprium, vt infelicem huc illapſum cenſeas eſſe perditum, eſſe damnatum. Non hic reticeam verba D. Chryſoſt. Iudæ proditoris caſum perpendentis, ſane aurea. *Tantus certe, tamque incredibilis auaritiæ furor eſt, qui illum & proditorem nequiſſimum, & ſacrilegum nefandiſſimum fecit. Audiatis hæc attentius omnes auari, qui grauiſſimo Iudæ morbo laboratis, audiatis inquam, & teterrimam hanc, ægritudinem fugiatis, Si namque, qui vnà cum Chriſto viuebat, ſi qui doctrinam Chriſti audiuit, qui ſigna fecit, in profundiſſimum malorum barathrum ex ægritudine præcipitatus eſt,* &c. *Quotidie illi cum eo erat, qui non habebat vbi caput reclinaret, & quotidie verbis & operibus inſtituebatur, vt non argentum, non aurum, non duas tunicas habere vellet, & tamen reprimere ſe non potuit. Quomodo igitur tu ſperas abſque magna cura, & diligenti ſtudio contagionem huiuſmodi effugere? Terribilis certè, terribilis hæc beſtia eſt,* &c.

D. Chry. Hom. 81. in Matth. Tom. 2.
IX.
Auaritiæ periculũ.

38 Cæteris omnibus patentius locutus eſt, Chriſtus Saluator noſter in illa diuitis adoleſcentis hiſtoria, vt notã, ita plena myſterijs quæ cum talis eſſe laudetur, ad longum & fusè ſcribitur ac ſuis ornatam circumſtantijs eam exponunt tres Euangeliſtæ D. Matt. D. Mar. D. Luc. Conuenit Chriſtum adoleſcens opibus nummiſque prædites, eum interrogat: *Magiſter quid faciendo vitam æternam poſſidebo?* Cui ſic Chriſtus: ſerua mandata. Domine, replicat hic nouum non eſt hoc mihi: ex quo enim mei nominis recordor, mandata ſeruaui. Si igitur, reſpondet Chriſtus certam vis facere ſalutem tuam, & vt tuus in cœlum ingreſſus ſit illuſtrior: vade, & vade quidquid habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me, & theſaurum obtinebis in cœlo ditiſſimum. Hæc ei verba adeo grauia fuerunt auditu, vt videretur cœlum in eum deſuper irruere, & inſalutato Domino noſtro, bene ruſticus, terga vertit, & inclinato triſtis capite diſceſſit. *Abijt triſtis.* Intuitus illum Dominus, conuertitur ad diſcipulos & geſtu velut admirabundo, ait illis. Filioli mei, diſcipuli mei, deſideratiſſimi, *O quàm difficile eſt diuitem intrare in regnum cælorum.* Cum autem Redemptor noſter verba illa magno affectu, & velut attonitus proferret, magnam diſcipulis incuſſit admirationem, *Diſcipuli.* (teſtatur D. Marcus) *obſtupeſcebant in verbis eius.* Aſpiciens illos Chriſtus ait: ad dicta mea quid obſtupeſcitis? Noueritis ergo, me parua dicere: Amen Amen dico vobis: *facilius eſt camelum* (gibboſum) *per foramen acus tranſire quam diuitem intrare in regnum cælorum.* Et ex hoc maior creuit in Apoſt. admiratio, & merito, (inquit D. Hier.) ſi namque primum quod dixit difficile eſſe diuitem intrare in regnum cœlorum, illos rapuit in admirationẽ: magis reddere debebat illos attonitos id quod modo dicit, nedũ eſſe difficile, ſed inſuper impoſſibile, gibboſum camelum per foramen acus tranſire: *Hoc dicto oſtenditur, non difficile eſſe, ſed impoſſibile:* explicat D. Hier. Et adhuc nõ dixit Saluator noſter, quod vnũ tam ſit facile, quàm alterum, ſed cum impoſſibile ſit camelum tranſire per foramen acus, dixit illud minus quam hoc eſſe poſſibile. *Facilius eſt camelũ,* &c. quo, quantum opinor, abſolutam & totalem indicare voluit impoſſibilitatem. Nemo non admiratur Apoſtolorum, & vnanimes vocem extollentes Dominum interrogant: Domine ſi ita ſit, vt dicis, *& quis poteſt ſaluus fieri:* Ex præmiſſis euidẽs hæc videtur inferri poſſe concluſio; nullum ijs ſalutis ſupereſſe remedium. *Auditis his diſcipuli mirabantur valde dicentes: quis ergo poterit ſaluus eſſe?* Reſpondet Chriſtus, ſic eſt, nullum ipſis remedium affulgeret, ſi hominum ſpectes potentiam. *Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.* O Domine, ſi quid intelligo, ſemper amplius & amplius ſaluationis diuitum confirmas impoſſibilitatem quamuis enim eam ſatis clarè ſignificaueris, dicendo: *Facilius eſſe camelum per foramen acus tranſire quã diuitem intrare in regnum cælorum,* patentius illam declaras dicendo Deo cuncta eſſe poſſibilia quãdo namq; quis ea phraſi loquendi vtitur: Dñe, hoc in terra nullũ habet remediũ, ſed omnia poteſt Deus; idẽ eſt ac ſi dixerit, hoc eſt abſolute, ſeclúſo miraculo, impoſſibile; Rixæ pugnæque hoc in foro cõmittuntur, ex quibus grauiter multi ſauciantur, hic vulnus in capite recipit, illi brachium læditur, alter in humeris vulneratur, alteri pugione

X.
Patet exemplo diuitis adoleſcentis.
Matt. 19. Mar. 10. Luc. 18.

D. Hier.
IX.
Diuitum ſalus inter impoſſibilia hominibus cenſetur.

XII.
Similitudo.

 viſcera

viſcera transfodiuntur, & inteſtina diſſecantur. Accurrit chirurgus, omnibus omnium vulnera manifeſtat & perauncłatis. Domine, quale tuum eſt de vulneratis hiſce iudicium? numquid ſanitatem recuperabunt? Si tibi reſponderet. Domine, cui brachium gladio eſt terebratum, ſanabitur, licet mutilus poſthac futurus: qui in capite vulnus accepit vitæ periculum incurrit: eſtulget tamen ſpes ſanitatis, ſi non ſe habeat inordinatè: cui humeri ſunt aperti, cum tantummodo caro ſit reſciſſa; apertione venæ, poterit de facili reparari: verumtamen ille cui transfoſſa ſunt, reſciſſaque inteſtina, nullum habet in tota arte chirurgica, vel medica ſub ſole remedium: Deus omnia poteſt: quid verbis his innuis? quòd verè ac realiter, aliorum licet laborioſa ſit curatio, huius tamen excluſo miraculo, omnino ſit impoſſibilis.

☞ 39 XIII. Applicatur diuerſis peccatis.

Hoc, meo iudicio, Dominus indicauit. Omnes peccatores vulnerati tot ſauciantur vulneribus, quot maculantur criminibus. Hic in capite, eſt etenim ambitioſus gloriæ mundanæ cupidus: ille in brachijs; eſt enim acedioſus: ille in humeris; eſt enim carnis addictus voluptatibus: auarus autem, & pecuniarum anhelus virga transfoſſus iacet auaritiæ, quæ viſcera illi extrahit, & reſecat inteſtina. *Nihil ſceleſtius auaro* (Salomonem audi) *qui in vita ſua proiecit intima ſua.* (Eccl. 10. 10.) Cœleſtem interroga medicum numquid infirmi illi curabuntur? Reſpondet, priores omnes illi ſuam habent difficultatem, & aliquando magna ſatis, attamen eſt illis remedium, & ſanabuntur, ſi curam ſui vt decet, ſuſcipiant, & ſe gerant ordinatè. Et quod fers de altero, Domine, iudicium, cuius cor habendi cupiditate tranſuerberatur? Hic apud homines impoſſibile eſt, vt curetur; at Deus omnia poteſt: quid autem ex his verbis intelligis? quod ſit adeo difficile ipſius curatio vt ad illius perfectionem requiratur, vt extraordinarium diuinâ ſuâ gratiâ Deus miraculum operetur. Quinimò & Archangelus Gabriel, vt Virgini mox Deiparæ declaret, quòd conceptus ſuis in viſceribus filij Dei, futurum eſſet opus ſupremi miraculi, eâdem vtitur loquendi formulâ: *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.* (Luc. 1. 36.)

XIV. Non eſt abſolutè ſalus diuitis impoſſibilis, ſed difficillima.

Quid hoc Domine, numquid idem de omnibus dicere licet peccatoribus? eſt etenim adeo mortifera cuiuſque peccati plaga mortalis, vt viribus humanis curari nequeat, ſed accedere debet diuinæ tuæ potentiæ, & gratiæ fortitudo. Sic eſt. (inquit D. Chryſoſt.) voluit tamen his verbis declarare Saluator: quod licet omnes peccatores ad ſui remedium indigeant diuinæ potentiæ gratiâ, diuitiarum tamen auidus adeo ſingulari indiget, vt qui in barathum ceciderit, ſi reſurgat, miraculum eſſe videatur. *Ideo autem hoc opus Dei eſſe dixit, vt oſtenderet, quod multa ſit opus illi gratia,* &c. (D. Chr. In catena D. Thomæ Matt. 19.) Itaque (inquit D. Hieron.) hæc verba Domini, & illa quæ diximus, impoſſibile eſſe vt eripiatur, in laqueum incidit auaritiæ, quamuis cum hyperbole dicta intelligantur, licet abſolutam non ſignificent impoſſibilitatem, magnam tamen & valde magnam denotant difficultatem: (Hier. in c. 19.) ſicut ea quæ Spiritus S. de peccatoribus protulit inueteratis: *Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* (Hier. c. 13. 23.) Si Chriſtus explicet difficultatem, per eam quam habet ingreſſus cameli in foramen acus, per eandem intelligere poſſumus, qua ratione poſſunt diuites intrare in regnum cœlorum: iam enim nouimus (inquit S. Doctor) nobis ab Iſaia dictum, quod ingreſſuri ſunt Hieruſalem Cameli Madian & Epha, eo accedentes cum donis ac muneribus Deo dedicatis, & demiſſo gibbo ſe ſuaſque actiones optimè dirigentes. *Si legamus Iſaiam quomodo cameli Madian & Epha veniant Hieruſalem cum donis atque muneribus, & qui prius curui errant, & vitiorum prauitate diſtorti, ingrediantur portas Hieruſalem, videbis quomodo & iſti cameli, quibus diuites comparantur cum depoſuerint grauem ſarcinam peccatorum, & totius corporis prauitatem intrare poſſint per anguſtam portam,* &c. (Iſai. c. 60. D. Hieron. in c. 19. Tom. 3.) Quamuis autem hoc ita ſit; eo ipſo tamen exponit Dominus quàm multi ſit hoc illis negotij, ſicut eſt & camelo gibbum deponere diſtortum, greſſus ſuos dirigere deuiantes, & hanc non leuem difficultatem probat & oſtendit ex illa, quæ patuit in hoc adoleſcente diuite, qui vt primum audiuit deponendam ſibi ſarcinam eſſe diuitiarum, abijt triſtis, & demiſſo capite terga vertit Saluatori.

Ex hac doctrina declarat D. Bern. illa Dauidis verba. *Ipſe liberauit me de laqueo venantium.* (Serm. 2. in Pſal. Qui habitat. Pſ. 90. 3.) Qui, quæſo ſunt, venatores, qui vnicum tantum extendunt laqueum? Multos habent, at vnum primarium, qui antonomaſticè dicitur laqueus, nempe cupiditatis & auaritiæ: qui namque illo inuoluitur, diuinæ potētiæ miraculo adſcribendū, ſi ab hoc expeditus liberetur: ita vt, licet nullus ſit laqueus, qui diſſolui & confringi poſſit abſque diuinæ gratiæ potentia, eſt tamen hic intricatus adeo & impeditus vt ea de cauſa cenſeatur extricatu impoſſibilis. *Heu* (exclamat D. Bernard.) *quam paucos inuenimus, qui ab hoc laqueo liberati*

XV. Auaritia laqueus diaboli ſingularis.

eunt.

*exulcent*. Adhuc plura (inquit D. Paulus) tales eſſe-tenim etiam: *Incidunt in deſideria multa, inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem*. Multa deſideria: Væ tibi tantis tamque crudelibus tradito carnificibus, vt nulli ſæuius cor excrucient, comedant, & corrodant. Animæ cruciatus ex deſiderio naſcitur eius quod non habes, hoc eſt quod te dilaniat. Heu quot cordis acerrimos pateris carnifices; tot quot ſunt deſideria, eaque multa ſunt. *Deſideria multa, & inutilia*. Alij cum D. Auguſtino legunt *ſtulta*. Vana, nullius vtilitatis, inepta. O bone Deus! Et quis videat, quot ventorum turbines auari caput tranſuolent? quæ deſideria, quæ machinationes, quæ technæ, & hæc omnia inania, ſtulta, inutilia? Vtinam talis moriatur, vel talis me bonorum heredem inſtituat, vel nauim habeam, quam in talem aut talem deſtinem regionem, & tanto pretio vendam, & inde mihi in reditu hoc vel illud adducatur. Faxit Deus, tale negotium hoc vel illo ſucceſſu feliciter finiatur! Secundet Deus, vt ſummo hoc pretio diſtrahatur. Vanæ ſunt hæ cogitationes, & inutiles: quia nec ſic erit, quia ſic cogitas, nec aliud ex his ſupereſt, niſi ventus & aura, quinimo ſunt nociua: *Inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem*. *Nociua*: quia huic vel alteri damnum imprecantur, & optant vt mercium pretium augeatur, quas poſſident, & inopia Reſpublica fatigetur quando ſatis illis eſt prouiſum & tandem mergunt illos in interitum & perditionem.

Ser. 100. de temp.

## § 14. Fecit flagellum de funiculis. *Animam auaritia ſubmergit, vt dixit Crates, cuius proprium ſupplicium ſunt flagella: fuerunt hæc permixta miſericordia.*

VLtima perpende Apoſtoli verba: *Quæ mergunt homines in interitum*: Redundant hæc verba myſterijs: & illa ad trutinam reuocat D. Chryſoſt. tales & ait Apoſtolum dixiſſe, quòd mergantur in interitum: quia ſunt omnis inops remedij, qui nec agant de egrediendo, nec de cognoſcendo, quo mergantur, interitu. *Bene ait: Mergunt: adeo vt emergere, & reſipiſcere nequeant*. Semper hoc ſic intelligant, quod non ſit abſolutè non poſſibile, ſed vt tantummodo rei difficultas exponatur: hoc namque termino Chriſtus illam expoſuit, dicendo: *Impoſſibile eſt diuitem intrare*, &c. vt ſuperiùs explicauimus. Videtur Apoſtolus ſpectare facinus illud

☞ 40
D. Chr. Ho. 17. in 2. ad Tim. Tom. 4.

Cratis Thebani, qui pro vt ſæpius expendit D. Hieron. Famâ floruit in orbe notiſſimus. *Homo ditiſſimus erat*, inquit ille; ſe Philoſophiæ ſtudio tradere ſatagebat, illamque Athenis profiteri, vbi toto mundo celeberrimæ viſebantur Academiæ: aduertit autem, quòd mentem ſuam diuertere ab opibus ſuis nequiret, & cum ſe ſtudio vellet occupare, confeſtim animum ab opibus arciſque doleret immerſum. Hinc ex propoſito, omnes vendit ſuas facultates & bona, & pecuniam earum pretium coaceruat, illam defert ſecum, nauim conſcendit, & ducit in maris altiſſimum: hic illam arripit, & in profundum demergit pelagi, exclamans: *Abite peſſum malæ cupiditates. Ego vos mergam, ne ego mergar à vobis*. Non ait: peſſum ite malæ diuitiæ: nam in ſe diuitiæ malæ non ſunt, ſed malæ ſunt cupiditates. *Malæ cupiditates*: Hæ namque ſunt, quæ demergunt animam, & fluctibus abſorbeant, vt ad diuina & ſpiritualia neſciat adſpirare. Hoc intellexit Philoſophus, & ſic ſe res habet, quòd verè mergant animam, vt reſpirare nequeat, nec cœleſtibus attendere, nec dare locum, vt ſemen optimum doctrinæ Chriſtianæ radices figat, vt enim Saluator ait: ſpinæ ſunt quæ telluris ebibunt humorem ac virtutem, & bonum demergunt ſemen, ne radices mittat, fructumque ferat vberrimum.

Epi. 13. ad Paulin. de inſtitu. Monachi. & Ep. 26. ad Pammachi de conſola. item ſuper obitum Paulini, & l. 2. contra Iouinia.

I.
Crates demergit pecunias, ne ab eis demergatur.

D. Chryſoſt. ornatè terſèque diſcurrit, oſtendens quàm ſtrictè liget animam habendi cupiditas, & quàm fortiter eam pecuniis aurumque captiuet: Fabulam appoſitè proponit de Plutone, de quo comœdiam fingit antiquus Ariſtophanes Poëta Græcus, quem fabulabantur Gentiles, Deum opibus ampliſſimis affluentem, qui fraudibus doliſque multa ſibi comparauerat bona, quibus conſeruandis operam nauabat talem quâ nullus poſſet diligentiorem: quem dum Iupiter intendit caſtigare, ex ipſius facultatibus catenas conflauit, ad aquas reum condemnauit. Hac fictione deſignarunt, qua ratione diuites ſuis ipſis diuitijs condemnentur: hæ namque catenæ ſunt quibus fortiter alligantur. Vnde ſic D. Chryſoſt. ne dixeritis illos eſſe diuitiarum dominos, ſed ſeruos catenatos, & vt talibus illis compatere. *Si mecum aliquem* (audio D. Chryſoſt. loquentem) *videris vinctum ceruice, manibus pedibuſque ferratum, propterea illius maximè miſereris; ſic etiam*, &c. *Propter illa vincula habet cuſtodem carceris ſæuiorem, amorem pecuniarum, qui ſimul à ſe vinctum, nequaquam de hoc carcere exire permittit, ſed mille illi imponit catenas, & oſtia, & ſeras, atque cuſtodias; & in interiorem conijciens*

II.
Cupiditas ligat hominem, quod fabulâ Plutônis explicatur.
D. Chry. Ho. 13. in 1. ad Cor. To. 4.

*carcerem, etiam delectari in vinculis facit*, &c. Heu quàm inclementem cuſtodem carceris, cupiditatem! Heu quibus vinculis, quibus catenis conſtringit condemnatum! Hoc eſt, ita hoc eſt quod illis contingit, his deſiderijs curiſque ſubmergis & abſorptis, vt nec ad puſillum orationi attendant, piæ vacent lectioni, ac cum Deo familiariùs agant, abſorpti & hoc profundo pelago demerſi, qui nec erigunt, nec videntur erigere poſſe caput extra deſideriorum curarumque fluctus velut omni ſalutis ſpe priuati: nec enim vident, nec aduertunt nec damnum ſuum malumque conſiderant, quocirca Paulus ait, eos in interitum perditionemque eſſe demerſos.

☞ 41. Ho.7. in diteſien. Luc.18.18. Examinat D. Baſil. illius adoleſcentis diuitis caſum, de quo Paulo ſuperius, quem D. Lucas appellat *Principem*. A Chriſto ſciſcitatur, *Quid faciendo vitam æternam poſſidebo?* Serua mandata, ait illi Chriſtus; iam enim noſti ſcriptum eſſe, non adulterabis, non occides. Magiſter bone, his ſeruandis incumbo quotidie, & ab infantia creuit mecum legis obſeruantia: *Hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea*. Tutiorem ac perfectiorem virtutum ſemitam ſibi poſtulat indicari. Si hanc igitur exoptes: vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Mox vt verbum hoc eius auribus inſonuit, teſtantur Euangeliſtæ, præ mœrore expalluit inſtar noctis, & vertit terga deſolatus,

(a) in ſeco. III. Cur adoleſcẽs hic triſtis abierit. Chriſtumque deſerit inſalutatum (a) qui conuerſus ad Apoſtolos alto de pectore trahens ſuſpirium dicit: O diſcipuli mei, quàm operoſa talibus eſt animæ ſalutatio. Amen dico vobis: *Facilius eſt camelum per foramen acus transire, quam tales intrare in regnum cœlorum.* Multa hic occurrunt notanda, vt ea notat D. Baſil. & nos paulò ſuperius notauimus, quin etiam alibi. Por-

Tract.2. N.413.414 & ſeqq. in c.19. Matt. ro hoc aduerte ſingulariter ex D. Hieron. quod adoleſcens ille ſibi perſuaderet, ſe totam ſeruare legem diuinam, & quod nec in minimo eiuſdem legis præcepto delinqueret: vnde & dixit: *Hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea*: Cuncta Dei præcepta ſeruaui ex quo me tellus alit: & *mentiebatur adoleſcens*, inquit S. Doctor: erat enim auri cupidus, & diuitias habebat intimo ſuo cordi inuiſceratas: proinde eum in illis tangere, idem erat ac illum in corde tangere, illudque pugione transfodere. Vnde quàm primum noctis vmbram palloremque induit, mœſtuſque terga vertit: eſt enim hoc vitium abſconditum, & aliquando, quantò magis intimis reconditur viſceribus, tantò minus agnoſcitur: creditque alter ſecurum ſe totamque Dei legem ſeruare, cum auaritiam habeat animæ ſuæ penitus inuiſceratam.

Idcirco dicitur (præter ſupradicta) laqueus diaboli: quia non videtur, tantoque eſt periculoſior, quantò minus agnoſcitur. Notare licet hunc quod legat, ieiunet, miſſam audiat, & ſe mandata Dei ſeruare cogitet: illum in denarijs tange, triſtem videbis, & Deo terga vertentem, in paupere, & oppreſſo neceſſitate: qui in tantum Deo famulatur in quantum ſuæ permittitur cupiditati, & in quantum ille non deficit; quod ſi illa vim patiatur, fruſtra cogitas, quòd illa deſerat, quæ ad pecuniam ſpectant, potius omnibus quæ ad Dei pertinent obſequium, valedicet: O quantus eſt corũ in hac Republica numerus, qui ſibi perſuadent rectâ ad cœlos tendere: ſed impugnetur pecunia, vel vnius terunci jacturã patiantur, quàm cito cunctis pietatis terga dant exercitijs. Ea de cauſa Chriſtus illis haudquaquã prædicat: etenim videt exiguum ſe fructum relaturum, ſed flagrum arripit. Indicat fruſtra illis loquendum: cum obturatas habeant aures pecuniæ magis quàm goſſipio; iamq; de hoc nos præmonet Salomon dicendo: *Vbi Auditus non eſt, non effundas ſermonem*. Dicit & Salomon. Non ſunt cum ſeruo pertinaci terenda verba. *Seruus non poteſt verbis erudiri, quia quod dicis, intelligit, & reſpondere contemnit.* Quoſdam inuenies iuuenes cauillatores & garrulos quos ſi ſolis verbis monere ſtudeas ad illa quidem auſcultãt, ſed ea neglĩgũt opere perficere, quæ verbis perſuaſeras. Quoad tales, à verbis abſtine, ſed vtere flagello. Tales ſunt pecuniarum ſerui, quibus ſi concio fiat ſalutaris, illam quidem attenti percipiunt, ſed eorum quæ audierunt, nihil opere perficiunt: fereat flagellum. *Non verbis ſolum*, (ſic confirmat D. Cyrill.) *verum etiam verberibus, tanquam iniquos ſeruos meritò cædens, è templo eiecit.*

IV. Auaritia alio ſenſu laqueus eſt diaboli.

V. Auaritia illum referunt fructum ex concione. Eccli.32.6 Prou.29.19.

D. Cyr. Lib.2. in Ioan. c.28

42 ☞ VI. Chriſti in hoc ſupplicio notatur miſericordia. Haba.3.2.

Quamuis autem hoc ſupplicium tanta Domini videatur indignatione inflictum, vult tamen Euangeliſta, quatenus intelligamus hic inteueniſſe miſericordiam pro more Chriſto familiari: dixit etenim vates Abacuc: *Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis*. Ad hoc ſingulari ſtudio notat, ſignatque materiam ex qua flagellum hoc fuit compoſitum, nimirum *de funiculis*, qui ad manum aderant, & quibus adduxerant animalia. Primò ſuperficialiter dicere vult, quòd non erant ſcuticæ triremium, nec duriores virgæ, quibus tunc moris erat flagellare, nec ſpinarum manipuli vel tribulorum, quibus Ægyptij olim cædebant Iſraelitas, ſed funiculi flaccidi, mitiores, qui iam vſu duritiem amiſerant. Secundò magno myſterio ſpectare videtur funiculos, de quibus Spiritus S. qui celebrem de Dauid narrat

hiſto-

hiſtoriam: cum enim contra Moabitas ſanguinolentò decertaſſet prœliô, Deique ſuperaſſet victos inimicos, iamque pedibus ſuis proſtratos ac ſubiugatos cerneret, miſericordiæ ſuæ traditos; quædam S. Textus addit verba non paruæ difficultatis: *Menſus eſt duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum.* Qui ſunt hi, quæſo, funiculi? Opinantur quidam nec malè, quòd verbis illis ſignificare voluerit Spiritus S. rectitudinem Dauidis. Vt iuſtam Ioſue ſecuram & abſque vllius præiudicio terræ promiſſæ diuiſionem inſtitueret duodecim tribus Iſrael, vſus eſt funiculis, illis metiendo tot & tot tribui, & totidem alteri: qua de cauſa cecinit Pſaltes: *Diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.* Hinc manſit communis ille loquendi modus: vt enim ſignaretur, rem aliquam cum menſura factam eſſe, magnaque rectitudine diſtributam, dicebatur, funiculis diſtributa eſt. Hoc conceſſo ſignificat, quod proſtratis victiſque iam hoſtibus, non toto furoris impetu Dauid procederet, occidendo, nemini parcendo, ſed magna rectitudine ac æquitate, primo grauiores perpendens reos, vt illi iuxta noxarum qualitatē morte plecterentur, tum illos qui non tanti criminis ſontes erant, vt illis ex victoris benignitate libertas vitaque concederetur. Hoc optimè noſter expoſuit Cardinalis Caietanus. *Habuit ſe ad inſtar, metientis agrum funiculis, ad inſinuandum, quod non promiſcuè ferino furore occidi fecerit multos, ſed cum menſura procul dubio iuſtitiæ.*

VII. Duo funiculi Dauid explicantur.

2.Reg.8.2.

Pſ.77.55.

Caieta.

Hoc verbis illis ſatis exponitur: ſed alij tenacius inhærent vi verborum textus Hebraici quæ habent iuxta tranſlationem Vatabili. *Percuſſit Moabitas, proſtrauit in terram, & menſus eſt eos duobus funiculis, ad interficiendum ſcilicet, & integrum funem ad ſeruandū in vita.* Sic res peracta dicitur: cum Dauid proſtratos iam victoſque in terra ſuos haberet inimicos, ſuam oſtendere voluit & iuſtitiam & miſericordiam: hæ namque ſunt duæ virtutes quas conuenit vt Princeps comites ſibi habeat indiuiduas. Iuſtitiam exerceri voluit in numero abbreuiato & contracto: porro miſericordiam in numero largo & extento, vt autem hoc Spiritus ſancti inſinuet, ait, quod illos duobus funiculis diuiſerit: *Menſus eſt duobus funiculis* ſumpta methaphora ab eo qui funem habet extentum, quem dum duplicat, duo licet eſſe videantur, ſunt ambo tamen contracti, & breuiores, & illis dicit quod inimicos ſuos menſus fuerit, ſinens extendi funem, quantum extendi poteſt, qui tamen non reſcindebatur licet duplicatus. *Integrum funiculum ad ſeruandum in vita*: vel ſicut noſter legit Caietanus *Plenitudo funiculi ad viuificandum.* Inſuper & hinc documentum elicit Principibus ac Iudicibus perutile: *Scribitur ad exemplum aliorum Principum, vt diſcant metiri funiculo iuſtitiam ad m, maiorque clementia ſignificatur, dicendo: & plenitudo funiculi ad viuificandum, vt funiculus mortis inſinuetur manens, funiculus vero vitæ inſinuetur plenus: propenſiores enim eſſe debent Principes ad vitam hoſtium, quam ad mortem.*

VIII. Principes ſint proniores ad miſericordiam quam iuſtitiam.

Hinc ediſcamus, & hoc ipſum S. Euangeliſta intellexit, quòd idem ſit cum funiculis procedere, illos duplicando, ex illis flagella componendo, ac procedere contractim, pedetentim, ac lentè, ita vt nec pœna nec ſupplicium ad culpæ pertingat ſeueritatis demeritum. En tibi hic Chriſtum, qui funiculos colligit; (non enim dicitur *de funibus* ſed *de funiculis*, qui teſtes erant minores, illoſque duplicat, quaſi contrahens illos, vt ex eis flagellum componat: hoc namque modo Deus in hac vita procedit: qui ſceleratis non duris & extentis ſed teneris & contractis caſtigat lentè funiculis: enimuero eius ſupplicia noſtrorum criminum non exæquant grauitatem. *Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis; neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.* Sic Pſallit David Dei continens benignitatem. Hoc adeo verum eſt, vt etiam in inferno; loco ad hoc inſtituto, vt diuinæ pateat rigor iuſtitiæ; non omnino neque per omnia caſtiget ipſe damnatos pro grauitate delictorum: hoc enim eſt quod aſſerunt Theologi: quod *puniat in inferno citra condignum*: Etenim nulla eſt, nec dari poteſt pœna, quæ in omnibus, & per omnia culpæ malitiam exæquet quatenus videas, quid ſit peccatum mortale, quod tanta facilitate committis, vt nec Deus per ſuam omnipotentiam inferre poſſit ei ſupplicium, in omnibus, & per omnia æquiparandum, vt declarant Theologi, ad quos vos remittemus.

43
IX. Deus non funibus ſeuerè, ſed funiculis benignè caſtigat.

Pſ.102.10.

Sed vt vitam largiatur, funem ſecundùm omnem ſuam extendit longitudinem. *Integrum funiculum, Plenitudinem funiculi*: remunerat enim, præmiat, tribuitque miſericordiam tanto liberalis exceſſu, vt eam mereri non poſſimus. Et illud annectis præcedenti Dauid: *Secundum altitudinem cœli a terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.* Tu iudex eſto, numquid te Deus iuxta demerita caſtigat? Parua ſunt verbera quibus te caſtigat, & contracto te funiculo flagellat: cum enim mereris ob iniquitates tuas peſſimas vt in inferno viuus arderes inter ſæuiſſimos illos tortores, febriculam tibi immittit,

X. In plenitudine funiculi noſtri miſeretur.

Pſ.102.12.

mittit, vel dolorem exiguum, quandam neſcio neceſſitatem, & iſtorum infelicium bonorum indigentiam. Quid diſſolutionis veſtræ, quid carnis laſciuiæ merebantur? Quid horrenda veſtra periuria? quid infanda veſtra adulteria? Quid perpetua Dei eiuſque diuinæ legis obliuio? Perpende, quibus te tot criminum reum caſtiget & vide an pœna conueniat, quâ te flagellat, tot culpis, quibus Dominum offendiſti?

Porro perpende quam ſine vlla menſura ſuam tecum extendat miſericordiam. Quo vſque accedit? *Secundum altitudinem cœli à terra, &c.* quam nobilem tibi conceſſit eſſentiam? Animam quam illuſtrem? quibus, precor, donum fidei meruiſti? quid habet Deus quod tibi non dederit? Cœlos tribuit qui tibi dent influentias, terram, quæ te ſuſtentet, fructus, qui te nutriant, Angelos tui cuſtodes, Apoſtolos tibi prædicatores, Sacerdotes qui te à peccatis abſoluant, ſuum tibi propinauit ſanguinem, vitam largitus eſt, & indulſit redemptionem. *Omnia, veſtra ſunt,* (aiebat A-
1. Cor. 3. 23 poſt.) *ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura, Omnia enim veſtra ſunt.* Conſidera, num miſericordiæ ſuæ finem in tuum extendat beneficium; Vide num boni noueris aliquid, quod tibi non dederit, vel promiſerit. Perpende, num terminum finemque habeat tuorum indulgentia peccatorum, heri & nudiuſtertius, & hoc anno, & præterito, quotquot commiſiſti miſericors remiſit: Si veniam deſideres, illam tibi benigniſſimus offert. O benedicta ſit talis tantaque Dei miſericordia.

### §. 15. *Proiecit Chriſtus, vt bonus Iudex pecuniam: non eo proceſſit, vt talem puniret pollutionem, qualem nemo in Templo futuram ſuſpicaretur.*

44 EFfudit æs: Euertit pecuniam & ſolo proſtrauit. O iuſtum iudicem, qui nedum non afficitur pecuniæ, ſed & ipſam execratur, & excipit vt inimicum, vt peſtem, & licet cumulos videat ducatorum ac regalium aureorum, non ſolum illum hi non cohibent, ſed ipſos etiam ſolo proſternit, quaſi qui habeat illos vt hoſtes infenſiſſimos. Hic, ita hic in iuſtitia gubernabit. Sine iuſtitia vita hæc traduci non poteſt, nec bonus eſt iudex qui illam non obſeruat. Aduertunt ſacri Doctores ita ſibi inuicem copulari ac fratres eſſe: Regem bonum & iuſtitiam, vt vix de vno mentio fiat, quin fiat de altero. Iſaias vates

I. Rex & iuſtitia ſociantur.

Euangelicus mundi proponens deſiderium, quô flagrans aduentum filij Dei poſtulabat: ſic eius nomine exclamat: *Rorate cœli de ſuper, & nubes pluant iuſtum, &c. & iuſtitia oriatur ſimul.* Et Iſa. 45. 8. Hieremias quaſi feruentioribus hic Deus reſponderet deſiderijs, ſic eius nomine promittit vaticinus. *Ecce dies veniunt, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit Rex & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra.* Quàm primum Salomon regni ſuſcepit gubernacula actus oſtendit iuſtitiæ: & primus quem edidit vt regis huius probaret virtutem in hoc oſtenditur. *Viderunt enim ſapientiam Dei eſſe in illo ad faciendum iudicium. Initium viæ bonæ facere iuſtitiam. Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.* Promiſit Propheta Iſaias venturum Meſſiam, qui Rex eſſet, & ſuis cuncta ponderibus libraret æquiſſimus. *Ecce in iuſtitia regnabit Rex.* Vt autem hoc faciat Rex, quid erit expediens? vt non ſolum non afficiatur pecuniæ, ſed ipſam exhorreat, & ſolo proſternat. Diuinè planè dixit hoc Iethro ſocer Moyſi, licet infidelis. *Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam.* Eleganter bonorum iudicum apponit conditiones: homines vt ſint potentes, diuites quos nulla premat neceſſitas vile quid patrandi, nec eius gratiâ ad lucrum magis, quàm ad iuſtitiam deflectant oculum. *Viros potentes, Timentes Deum,* qui ſciant futurum aliquem, qui rationem ab eis exigat, & ad trutinam reuocet iudicij id quod iudicarint, illud quod abſoluerint, quodque condemnarint. Viri, qui parum eſt quod non ſint amici pecuniarum, inſuper debeant illas exhorreſcere, & velut capitalem iuſtitiæ hoſtem execrari. *Qui oderint auaritiam.*

Hiere. 23. 5.
3. Reg. 3. 28.
Prou. 16. 5
Prou. 25. 14.
Iſa. 32. 1.
Exo. 18. 21
II. Iudex oderit pecuniam vt hoſtem.

Quilibet artifex illud execratur, quod eſt artis ſuæ fini contrarium, Medicus tota hoſtilitate impugnat infirmitatem, ſaluti contrariam, quam prætendit conaturque introducere: Qui dignitatem ambit, illud odit omne, quod ſibi credit eſſe obſtaculo. Quod iuſtitiam impedit, & illi communiter manus conſtringit, oculos excœcat, corque peruertit, pecunia eſt: bonus iudex nedum illam debet non amare, ſed & deteſtari. Quis hoc melius quàm Iſaias explicauerit? *Qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, &c. iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius, &c.* Ille qui munera reijcit, & manibus ſuis iniecta fortius excutit, quaſi in ſinum ſuum qui viperam iniecisset: talis ſit oportet æquiſſimus iudex. Intrudunt manibus tuis viperam, vel ſcorpionem, Iſa. 33. 15.

illico

illico illum excutis, ne te mordeat, & venenum cordis inuadat penetralia, manibus tuis carbonem quis inijcit ignitum, at quam feſtinè illum deijcis, ne te comburat? Talem eſſe conuenit optimum iudicem: ſi ſic agat, leuis ambulabit, excelſus & ſublimis, nec eſt quod illum remoretur. *In excelſis habitabit.* Et lapidibus ſe gaudebit in ſui defenſionem vndequaque eſſe circumcinctum: hoc eſt, habebit durum pro latrone ſeu fure flagellum, laqueum pro homicida, exilium pro ſcandaloſo, nihil magis in eo efficient quam in petra.

III. Quid ſit propriè inuenire.

Verumtamen nota verbum quo ſacer vtitur Euangeliſta, quòd aſcendens Chriſtus in templum *Inuenit* quod ſignificat propriè aliquid inuenire, quod nec quærebas, nec de quo quidem cogitabas. Ita D. Matthæus ait quod deſponſata D. Virgine cum Ioſeph: *Inuenta eſt habens in vtero.* (Mat. 1. 18.) Eo tempore inuenta eſt, quò minus de hoc Ioſeph cogitabat, & quando tale quid non poterat imaginari, occurrit illi Virgo prægnans ſeu habens in vtero. Similiter Saluator noſter eodem vtitur verbo in parabola eius, qui fodiens in agro theſaurum offendit: (Matth. 13. 44.) *Quem qui inuenit homo*: Non enim videtur aliquid præter intentionem eius, qui in agro laborat, magis accidere quam ſi theſaurum inueniat. Ita pariter Deus loquitur. (Iſa. 65. 1.) *Inuentus ſum à non quærentibus me.* Et voluit Euangeliſta ea loquendi phraſi inſinuare; primo: quòd tantum aberat à Chriſto vt tantam in tali loco pollutionem imaginaretur, quantum abeſt ille, qui in ſterili incultoque campo fodit, vt ibidem theſaurum effodiat inæſtimabilem, & quantum aberat Ioſeph ſanctiſſimus, vt cogitaret ſponſam ſuam, quam virginem nouerat, imprægnari: quia longè abeſſe debebat, non ſolum tantam exiſtere in templo immunditiam, ſed nec animo illam concipi futuram, præſertim tali tempore.

☞ 45 IV. Iudæi ſe bonis operibus ad Paſcha præparabant.

Meminit idem Euangeliſta D. Ioannes illius conſuetudinis, quæ tunc temporis vigebat inter Iudæos celebrandi Paſca, prudentiſſimæ pariter & vtiliſſimæ: Faxit autem Deus noſipſi illam ſeruaremus in celebrandis noſtris feſtiuitatibus; quòd aliquibus ſcilicet diebus ante Paſcha templum aſcenderent vt ſingularibus quibuſdam ceremonijs, oratione, ſanctiſque operibus, quæ purificationes, ſeu ſanctificationes dicebantur, ſeſe præpararent. *Proximum erat Paſcha Iudæorum, & aſcenderunt multi Hieroſolymam de regione ante Paſcha, vt ſanctificarent ſeipſos.* (Ioan. 11. 55) Hoc dato, cum iam proximum eſſet Paſcha, teſte ipſo Euangeliſta, quis crederet, quòd ibidem inueniret, niſi



perſonas deuotas, orantes, ſuſpirantes pias ſuas implentes ceremonias, vt Paſcha ſingulari pietate, ſpirituque celebrarent? Si nullo tempore talis in templo præſumenda erat profanitas, quanto minus in præſenti? Et ſic eſt inter nos. Quis imaginari poteſt, quod eo vſque tua procedat malitia, vt in ipſo feſto ſanctiori ac celebriori, quò tibi aſcendendum eſt in templum, vt te orationibus & ſacramentorum perceptione ſanctifices, tuam procurando ſalutem, aſcendas vt dæmon ſis audaculus propriam peruertens animam, eiuſque bona dilapidans? quis credat, quòd vbi intratur ad honorandum Deum, eò tu ingrediaris vt eum & irrideas, & explodas: tale quid enim agis tuis geſtibus, ſignis, motibuſque leuioribus: Hoc eſt, *Inuenit*: iniquitatem inuenit, & immunditiam, vbi futuram illam nemo prius ſuſpicaretur.

V. Magnum crimē, in templo peccatum inuenit.

Quantum colligo, illud Euangeliſtæ, *Inuenit in templo ementes, &c.* ſimile eſt illi Iob: *Reperit in Angelis prauitatem.* (Iob. 4. 18.) Quis talè quid opinetur? Creauit illos Deum ex natura ſua formoſos, at gratia formoſiores, eminentibus donis prædiuites, quibus ſplendidiùs mondi rutilabant, omni lapide pretioſo circumcincti. Hoc vates Ezechiel eorum vni exprobrauit: (Ezec. 28. 12.) *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientiâ & perfectus decore, &c. Omnis lapis pretioſus operimentum tuum, ſardius, topazius &c.* Quando ſpes erat quòd humili ſe ad Deum gratitudine conuerterent creatorem, illi gratias pro tam eminentibus donis agentes, illos inuenit, temerariâ inflatos ſuperbiâ, in dæmones conuerſos, ſibi fœdifragos ac rebelles; nec non eius appetentes ſimilitudinem. Proh nefas! *Reperit in Angelis ſuis prauitatem*: & hoc eſt: *Inuenit in templo ementes, &c.* Statuit Deus templũ vt in eo honoraretur, vtque ad id venirent homines dona ſua recepturi. Quando ſpes eſt, quòd in eo ſis inueniendus intentus orationi, fabulis inuenitis occupatus: quando par eſt vt inueniamus te à Deo veniam poſtulantem demiſſis cum Publicano in terram luminibus, inuenimus te ſublatis faſtuoſum oculis, per ea quæ vana ſunt & profana diſcurrentem: & Deus viuus eſt ad quem nequaquam attendis. Quando decebat intelligere, quod diſſolutos vitæ tuæ mores componeres, proponens certam de cætero correptionem: perditionis tuæ contractus molitis nefandiſſimos. Quis tale quid crederet!

VI. In Angelis Deus reperit prauitatē.

Eadem ratione iiſdemque verbis inſinuauit Euangeliſta, quòd tam longè aberat Chriſtus vt de eorum ſupplicio flagriſque cogitaret,

VII. Chriſtus ſecũ fla-

 quanto

gellũ non attulerat. quantò minus iuſtum videbatur, eſſe talem locum tot immunditijs violatum: ſi namque hoc prætenderet, ſecum adferret, quô profanatores caſtigaret: ſicut Dauid: qui cum in arenam deſcinderet Gigantem aggreſſurus ſibi prius conſuluit, ſumpſitque quinque lapides de torrente
1.Reg. 17. 40. limpidiſſimos. *Elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente.* Lapides intentioni admodum congruos: nec non Aod Regem Eglon aggreſſurus, ſe ipſum præmuniuit, ancipitem cultrum arripiens ſub habitu gerens occultum, intentioni valde conſonum, quam meditabatur: *Fecit*
Iudic.3.16 *ſibi gladium ancipitem, &c. Et accinctus eſt eo ſubter ſagum, in dextro femore.* Non acceſſit eò Chriſtus præarmatus, nec quidquam quô reos puniret ſecum detulit, ſed illud ſumpſit quod caſu fortuito illi incidit in manus, reſtes ſeu funiculos, quibus illi ipſi boues, vitulos & animalia ligata conduxerant. Illique accidit, quod & vobis, qui pacifici domum reuertimini, quam ingreſſi flagrionem offenditis, qui filiæ veſtræ, vel vxori manus injiciat violentas, qui tanto ſcelere non parum commoti toto animo excadeſcentes, manibus id primum arripitis quod ibidem occurrit: tantam punituri impudentiam. Nullas animo
Hiere. 29. 11. voluit Deus cogitationes (inquit D. Aug.) caſtigandi, flagellandi aut condemnandi quempiam,
Tract.10. in Ioan. ſed cogitationes eius, miſericordiæ ſunt pacisque cogitationes. *Eo cogito cogitationes pacis, & non afflictionis*, aſſerit ore Hieremiæ: quocirca ille ex ſe non habet quò te puniat, ſed illo ipſo quod eius tradis manibus, punitis.

## §. 16. Fecit quaſi flagellum de funiculis.

*De funiculis eorum fecit flagellum in eorum ſupplicium, & de funiculis noſtrorum criminum, in noſtrum: ſicut in monte diuiſionum & valle Gabaon.*

☞ 46. COnceptus hic eſt valde communis & obuius, quem altero die tractauimus, at non minus conſideratione dignus, quô Dei bonitatem noſtramque malitiam agnoſcamus. Nihil eſt in S. Theologia magis tritum,
I. In Deo nullum eſt malũ pœnæ. ac in S. ſcriptura ſæpius repetitum, quàm intelligere, quòd Deus in natura ſua, atque in ſeipſo non habeat quo caſtiget, infligatque pœnam: etenim hæc infligitur, aduerſitatibus, fame, peſte, paupertate, doloribus, infirmitatibus, ſimiliuſque calamitatibus, quarum nullam Deus in ſe habet, nec habere poteſt: malum etenim aliud non eſt, quàm priuatio boni, nec malum vllum eſſe poteſt, niſi alicuius boni defectu; Hic autem nullatenus locum in Deo habet, qui bonum eſt adeo infinitum, vt in ſe ipſo omnia comprehendat bona, nullo excepto: ita vt ſi ſcire deſideres, quis ſit Deus, iam ipſe dixit. *Omne bonum.* Pœna non inuenitur, niſi vbi defectus eſt gaudij, & voluptatis: hic eſſe non poteſt in Deo, qui in ſe pelagus gloriæ gaudijque includit infinitum, quo intrare nefas eſt, omne illud, quod illam gloriam aut minuat, aut tollat. Hoc tu perpende, hoc attentè conſidera, & in Deo nihil inuenies, quòd non ſit gloria, diuitiæ, gaudium, vita, voluptas, lætitia. Quinimo hinc eſt, quòd in illo ſtatu beatitudinis, ingreſſum non habeat malum aliquod, quod affligat, nec quidquam quod dolorem pœnamque adferat, vel minimam.
*Non erit amplius, neque luctus, neque clamor, ne-* Apoc.21.
*que dolor &c. Non intrabit in eam aliquod coin-* 4.27.
*quinatum.* Quæ ratio? quia ibidem beati Deum II.
plenè poſſident, & hoc ipſo gaudio perfruuntur Deus eſt
ita perfectò, bonoque adeo infinito, vt vbi ſe per- omne bo-
fecte communicat, eſſe non poſſit pœna, ma- num.
lumque aliquod, ſicut nec habere poſſunt alicuius boni priuationem, cum illum poſſideant, qui in ſeipſo continet omne bonum.

Hinc ſequitur quòd Deus ac Dominus noſter
nihil in ſe habeat, quo puniat, infligatque pœnã, III.
ſed vt illam infligat, neceſſe eſt, vt alicui quod Deus no-
extra ſe eſt, manum injiciat ſiue fami, ſiue morti, uaculam
ſiue peſti, ſiue bello, ſiue perſecutoribus, ſiue conducit.
inimicis. Vidit illum Iſaias (noſtro loquamur Iſa.7.20.
idiomate) nouaculam quærentem conductã: quis mihi nouaculam elocabit? Domine, ad quid? capillos, barbamquè radere populi cuiuſdam intendo. *Radet Dominus in nouacula conducta, in ijs qui trans flumen ſunt, in Rege Aſſyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuerſam.* Ea tempeſtate nihil viro cēlebatur ignominioſius, nihil contēptibilius, quàm ſi capilli capitis barbæque illi raderentur, vt diximus alibi multo magis quàm
modò ſiquis alicui faciem genaſque cultro pro- Tract. 7.
ſcinderet: ſignum quippe erat miſerandæ ſerui- N. 212. &
tutis; innuit ergo propheta, quod Dominus ani- ſequent.
mo ſuo vos punire propoſuerit, vos ſeruos reddens infames ac viles, vt compedes, famem, ver-
bera, vincula, carceresque patiamini. Quomodo 47 ☜
autem hoc Deus efficiet, ſi non habeat quo pœnam inſtigat? *In nouacula conducta.* Hoc eſt Regem aſſumet Aſſyriorum ferociſſimum ac cru-
deliſſimum, milites copiaſque eius, catenas & IV.
ergaſtula. *In Rege Aſſyriorum* Hunc appellat, no- Cur Rex
uaculã: primò: quia nouacula limata vnico tractu Aſſyriorũ
detradit, auſertque omnes capitis barbæque pi- dicatur
los. nouacula.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

esque cõ-ducta. los : ita quoque Rex ille velut deraſos caluoſque
rapiet omnes inhabitantes Hieruſalem eiusque
regiones : omnes & ſingulos relicto nemine.
Secundò: dicit eum *nouaculam conductam* ſingu-
lari myſterio Primò: vt intelligatur, quòd illam
nolit habere ſecum perpetuo , & velut quandam
domus ſuæ ſuppellectilem , ſicut illud eſt, quod
tibi pecunia comparas ; ſed ad vnicum tantum
actum quem intendit ; ſicut illud quod condu-
cis ad vnumquid ſolummodo quod prætendis,
aſſumis , & ilico deſeris , dominoque reſtituis.
Secundò : quod etiam in illo , quod Deus vſus
eſt ſæuitia ac immanitate Regis Aſſyriorum, il-
lum non voluerit inſolutum abire , & mercede
fruſtratum , ſicut illam tu ſoluis pro re condu-
Ezech.29. 11. cta , ſed morte punitorum ſoluerit manubijs,
quemadmodum carnifici ſoluitur reorum veſti-
mentis : de quibus Deus apud Ezechielem am-
pliſſime diſcurrit. Sicut autem Regem Aſſyrio-
rum vocat nouaculam, quâ populum ſuum de-
raſit ac mulctauit , ita quoque per eundem
Iſaiam Medos Perſaſque nominat. *Virga furoris*
Iſa.7.20. & 10.5. *ſui* : circa quæ eodem licet argumento , diſcur-
ſuque procedere. Ita vt ſufficientia Deus habeat
in ſe domoque ſua , quibus te , & quotquot in
Iſa. 25.8. eo ſunt, exſatiet : *Non eſurient neque ſitient am-
plius*. Verumtamem non famem : quam ſi volue-
rit in domum aliquam ſeu regnum immittere,
hoc facere debet , illam de terra aſſumendo; ſi-
cut quando ea mundum voluit caſtigare, ait Da-
Pſ.104.16 uid : *Vocauit famem ſuper terram.* Vitam vtique
habet Deus , & ita æternam , vt in ſua præſen-
Pſ. 35.10. tia omnia illam poſſideant : *Regem cui omnia vi-
uunt*: Eſt & eius eſſentia vitæ fons : *Apud te eſt
fons vitæ:* ad eum ſolummodo accedendo, illam
Rom.4. 17 mortuis communicat. *Viuificat mortuos*. Verum
ſi velit occidere, extra ſe mortem neceſſe eſt, vt
Sap.1.13. accerſat; non enim illam habet. *Deus mortem non
fecit*. Gloriam & quietem in ſe continet, ita per-
fectam, vt eam impertiri poſſit omnibus ad ſe ac-
cedentibus quantumlibet fatigati miſerique fue-
Mat.11.28 rint. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati
eſtis , & ego reficiam vos* Attamen ſi cruciare, ſi
velit affligere, foris illinc ſuis debet mandare tor-
toribus quos habet. Ex his annotat D. Chryſoſt.
Ho.4. in acta ad finem. illud; quòd eum, quem punire decreuerat : *Tra-
didit eum tortoribus*. Et alium eodem animo po-
teſtati tradidit miniſtrorum : *Ligatis manibus ac
Mat.18.32 pedibus, mittite eum in tenebras exteriores*; Et filij
Mat.22.7 ſui homicidas per manus puniuit Romanorum.
*Miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos , &
ciuitatem eorum ſuccendit* : vt ſuperius declaraui-
mus,

Inſuper & ex his reſponderi poteſt illi dubio,
quod proponit D. Chryſoſt. circa illa Domini
verba : quando iniectis manibus illum in horto
miniſtri Iudæorum comprehenderunt , D. Pe-
tro dixit, qui euaginato gladio magiſtrum ſuum
defendere conabatur , illiſque ſe opponere pro-
pugnatorem inimicis. *Conuerte gladium tuum in* Matt. 26.52.
*locum ſuum. An putas quia non poſſum rogare Pa-
trem meum , & exhibebit mihi modo pluſquam* V.
*duodecim legiones Angelorum*. O Petre : reuoca Cur
in vaginam gladium tuum : ſi namque defen- Chri-
dere me voluiſſem, ita mihi hoc ad manum erat, ſtus in
atque facile , vt vnico verbo , quo Patrem de- horto
precarer , ilico ad mei defenſionem mitteret de An-
pluſquam duodecim legiones Angelorum. Vna- gelis
quæque legio conſtat ſex millibus ſexcentis infert
ſexaginta ſex capitibus. Et ſi vnicus Angelus mentio
(argumentatur D. Chryſoſtom.) à Deo miſſus, nẽ qui
vt Regem Ezechiam , vrbemque propugnaret eum
Hieruſalem , plus ſatisfuerit , vt in ictu oculi defen-
totum illum numeroſiſſimum perderet Regis derent.
Sennacherib exercitum , qui centum octoginta
quinque millibus conſtare cenſebatur, tot innu-
meri Angeli quid facerent cum parua hac vili-
que carnificum Iudæorumque colluuie ! Hæret
hic S. Doctor, & percunctatur: Domine, vt quid
hoc dicis , & ad Angelorum recurris miniſte-
rium ? Iam nunc tuæ potentiæ tam clarum præ-
ſtitiſti ſignum, vt vnico verbo, quo turbam hanc
fuiſti allocutus dulci ac blando, *Quem quæritis*,
totam illam in terram deieceris , ita vt ſolo oris
tui ſpiritu illam euerteris , & hoc ibidem in ocu-
lis Petri. Cum ergo tam euidenter tuam oſten-
deris potentiam, cur eam Petro non propoſuiſti,
atque dixiſti: Petre ex eo quod vidiſti, numquid
euidenter tibi patet , quod ſi me vellem defen-
dere , facile mihi ſit in ictu oculi totam hanc
Iudæorum militumque perdere multitudinem ? D.CH.
*Dicendo ſolum , quem quæritis, reiecit eos retror-
ſum. Quâ ergo gratiâ non dicis , non putas , quia* Ho.in
*poſſum eos perdere, cum id reipſa oſtenderе.?* Pere- c.26.
legans hic proponit D. Chryſoſt. argumentum Matt.
ad dubij huius explicationem ; & veraciter cre- To.2.
do, quòd Dominus noſter hoc, quod nunc expo-
nimus, declarare voluerit. An non aduertis quod
agat deperdendo & occidendo ſacrilegos illos,
eorumque ſtolidam puniendo impudentiam ? In
hac ergo materia, ne verearis, quod dicat, ſe ha-
bere poteſtatem , ſuiſque hoc manibus potenter
effecturum, ſed quòd, quantum attinet ad eis in-
ferendum ſupplicium, eoſque perdendum, mani-
bus vtetur alienis , & negotium hoc miniſtris
ſuis ſeruiſque commendabit.

VI. Deus beneficus eſt perſonaliter, vindex imperſonaliter.

Et ad clariorum huius enodationem, obſeruat idem D. Chryſoſt. modum loquendi Spiritus S. in Sacris litteris: quando namque Deus agit de miſericordia, doniſque tribuendis, apertè dicit, quòd ipſe hoc faciat, at quando de ſupplicijs pœniſque inferendis, loquitur per imperſonale, non ſe ipſum huius operis auctorem nominans. Eâ formâ loquitur Samueli Prophetæ: *Quicumque glorificauerit me glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Domine quis eos reddet ignobiles, quis contemptibiles? quâ gratiâ, ſicut dicis quòd tibi ſeruientes exaltabis, ſic non dicis quod offendentes te viles efficies, & opprobrium hominum? Vt oſtendat quàm ſit alienum hoc à Deo punire, & diffamare peccatorem: non enim vult, vt hoc ſibi adſcribatur, ſed culpis imputetur peccatoris, illos ſtatuens velut ſupplicij pœnæque actores principales. Eadem loquendi phraſi & ipſe Chriſtus vtitur: *Hieruſalem, Hieruſalem,* &c. *quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti: ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Saluti tuæ conſulere, tuum velle bonum, hoc ego ſæpe ſæpius intendi: *Quoties volui*: nec voluiſti. Porro veniet ſuper te ſupplicium, quod vatidicus tibi prædico: *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Ponderat D. Chryſoſt. verbum hoc: *Relinquetur*, quod eſt imperſonale. Non dicit, deſtruam te, demoliar te, deſeram te: ſed deſeretur domus tua. *Non dicit relinquam, ſed relinquetur, non additâ perſonâ*: Nam ad euerſionem vrbis Hieruſalem non videtur vigere manibus, non pollere poteſtate; ſed quòd vtendum illi ſit alienis: ita vt eiuſdem demolitio non ipſi adſcribatur, ſed vrbis Hieruſalem criminibus culpiſque imputetur.

Ho. in c. 22. Matt.

1. Reg. 2. 30.

Mat. 23. 27.

D. Chr. Ho. in c. 23. Matt. To. 2.

Exſibilat D. Cypria. illud promiſſum, quô diabolus Chriſtum tentauit, illi omnia mundi regna eorumque demonſtrans gloriam, dicens: *Hæc omnia mea ſunt, & cui voluero de illa, &c. Et tibi dabo &c.* O te mendacem, patremque mendacij, exclamat D. Cypria. & quid habes in te, omnium infortunatiſſime, niſi mortes pœnas, ignes, omnium bonorum priuationem, carceremque perpetuum? Dare potes vermes, quales dediſti Iob, mortem, qualem Adam inflixiſti, anguſtias, rabiem, qualem Iudæ tribuiſti. Tu Deo contrarius es, & quemadmodum tu, cum in te non niſi mala pœnaſque poſſideas, dare bona non potes, niſi illa extra te quæſieris, huic cum altera delectationes, alteri cum pecunia diuitias: ita Deus cum in ſe non niſi gloriam bonaque comprehendat, dare mala pœnaſque non poteſt, niſi aliunde ea quærat ac deferat. Ita vt Deus in ſe non habeat quo nos flagellet, quo nos puniat. Vnde ergo rapit hoc? Ex noſtris ipſis funibus, qui nos conſtringunt adeo fortiter, vt nulla ſit in tota natura poteſtas, quæ vel minimum peccati mortalis poſſit diſſoluere funiculum. *Funibus peccatorum conſtringitur impius.* Hinc colligit Deus, quo nos cædat, quoque puniat. Semper & merito miratus ſum verba vatis Euangelici Iſaiæ: In præcedenti capite audierat propheta Deum quaſi per cœli cardines ambulantem (noſtro dicamus modo) contraque homines grauiter expoſtulantem, à quibus ſumere flagellum cogebatur vt eos ipſos cæderet, dicendo: *Indignatio non eſt mihi. Quis dabit me ſpinam, & veprem in prælio: Gradiar ſuper eam?* Pectus meum fornax non eſt, in qua furor cudatur & indignatio: etenim fons eſt omnis dulcedinis & optatæ ſcaturigo ſuauitatis. Miſericordia vtique ipſa in ipſis Dei penetralibus, viſceribusque generatur, vt in proprio fonte ac ſcaturigine. Idcirco ea vocat Zacharias: *Viſcera miſericordiæ*, & Apoſtolus Paulus: *Patrem miſericordiarum*: non vnius ſed multarum, & infinitarum, quæ ex eo ipſo dimanant, vt filij legitimi: furor autem & indignatio, ex qua flagrum prorùit & ſupplicium, ei non eſt quid proprium: homines ſcelerati illi dant, quo cum, & quare ſtomachetur, & quare commoueatur.

Lib. de ieiun. & tēt. Chriſti.

Luc. 4. 6.

VII. Diabolus mendax bona nulla habet, quæ det.

Prou. 5. 22.

VIII. Deus non habet quo nos plectat.

Iſa. 28.

Iſa. 27. 4.

Luc. 1. 78.

2. Cor. 1. 3.

Hoc idem intimare voluit verbis illis toties repertis apud Oſeam: *Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum.* q.d. Circumſpice me, facito anatomiam exiguo tuo ingenio, meorum attributorum, perſcrutare, quantum potueris intima cordis mei, viſcerumque penetralia, & diligenter attende voluntatis meæ modum agendi: non enim in me tu inuenies, nec creatus aliquis inueniet intellectus; imo nec ipſe meus, cui ſolus totum meum comprehendit eſſe, ſubſtantiam & eſſentiam, niſi fauorem, auxilium, ſubſidium, vota & deſideria ſaluti tuæ beneuola. Quocirca doctus ille & antiquus dixit Tertullianus in eo celebri tractatu quem edidit ſuper orationē Dominicā *Pater noſter* interpretatus: illam appendens petitionem, quam nobis Saluator exaratam decreuit, Deo diceremus. *Fiat voluntas tua.* Hoc dicito hoc petito, hoc ſecurè confidito (aſſerit Tertull.) quod nihil ex eius deſluat voluntate in ordine ad nos, quod non ſit in noſtrum commodum, vtilitatem, atque beneficiū. *Quia nihil mali eſt in voluntate Dei, etiā ſi quid pro meritis cuiuſq; ſecus irrogetur.* In omni

Oſeæ 13. 9.

IX. In Deo bona tātummodo ſunt nobis profiena.

L. de orat. Domin. c. 4.

Tertull.

eius voluntate nihil eſt, quod nobis non proſit, ipſe etenim ex ſe non exoptat niſi vitam noſtram. *Vita in voluntate eius*; ait Dauid, & noſtram

Pſ.29. 6. ſanctificationem ad noſtram glorificationem vt aſſerit Apoſtolus: *Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra.*

1.Theſ. 4.6. Si quid in noſtrum deſideret damnum, nobiſque indignetur hoc eſt, quia prius illum prouocamus, & peccatis noſtris illi miniſtramus occaſionem. *Indignatio non eſt mihi. Quis dabit me veprem?* &c. Ego ex me ipſo numquid non roſa ſum vitæ, numquid non lilium ſuauitatis? quis me veprem, quis gradiuum efficit, vt ferox procedam inferens bella, & cædes, pungendo, lacerando? Nec ego ex me ipſo ſpinas germino, quibus feriam, non profero carduos quibus lancinem, ſed ſuauitate & dulcedine ſuperefflua, quâ cunctos recreem.

Si quid intelligo, idem dicere vult, quod Iob dixerat illi declarans, quis principiũ fuerit, à quo virgam ad puniendum ſumpſiſſet: de diabolo loquitur ſub ſymbolo Elephantis, & ait: Noueris ô

Iob 10,14 Iob, quòd ipſe ſit viarum mearum principium.

X. Diabolus viarum Dei principium. *In hunc locum.* *Ipſe eſt principium viarum Dei.* Quid ais ô Domine? An fortè viæ tuæ ſtratæ ſunt operâ diaboli? Nequaquam inquit D. Thom. ſed arcanum vult declarare miſericordiæ ſuæ myſterium. Duæ ſunt viæ, per quas Deus inter creaturas obambulat, vna miſericordiæ, quâ nobis gratiam donaque confert, altera iuſtitiæ, quâ caſtigat & flagellat.

XI. Duæ viæ Domini miſericordiæ & iuſtitiæ. Ipſe ex natura ſua, non niſi vnâ viâ prætendebat incedere, ſcilicet miſericordiarum, illas in omnibus, & per omnia creaturis ſuis hominibus Angeliſque communicans. Non hæc fuit eius intentio, creare illos vt perderet, vt occideret, vt caſtigaret, ſed vt dando illis ſuæ gratiæ miſericordiam in hac vita, illam gloriæ ſuæ tribueret in altera, & cum ea ſeipſum & quidquid boni poſſidet. Ex propria ſua voluntate numquam Deus de hac via diſcederet, ſed venit diabolus, & ambulante Deo cum illo, ſuarum miſericordiarum via, cum illum excellenti dotatum gratia procreaſſet, illam ſibi ſuâ culpâ, ſuperbiaque arrogantiâ præcluſit: quâ Deum permouit vt relictâ viâ miſericordiæ, viam ingrederetur iuſtitiæ: ita vt, ſicut ſi ille perpetuò Dei fuiſſet bene vſus miſericordijs ac beneficijs, Deus illâ ſemper proceſſiſſet viâ, donec eum in ſtatum euexiſſet beatitudinis: ſic quoque ipſo de virtutis ſemita declinante, & viam aperiente ad criminum iter ingrediendum, illam Deo aperuit, vt illam quæ pœnarum eſt ac ſuppliciorum inſequeretur.

XII. Diabolus viam aperuit iuſtitiæ. Hoc eſt ergo quod ait: Ego ex meipſo non intendo niſi per viam incedere miſericordiarum ac beneficiorum, ille fuit, qui mihi aperuit oſtium, vt aliam ingrederer, illum puniendo; & hoc eſt quod vobis dicit. An cogitatis quòd vos Deus in mundo creauerit, vt caſtigaret? vt occideret? vt vos perderet? Abſit hoc omnino. 1.Theſſal. 5.5. *Non enim poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Qui tibi proprium dedit filiũ, vt moreretur, quatenus tibi vitam largiretur, & pateretur, vt te pœnis eriperet, numquid te vult occidere, te vult caſtigare? Tu es ille vir, qui illi incedenti per viam ſuarum miſericordiarum, portam aperis, vt viam ingrediatur capiatque iuſtitiæ: & tu ille es, qui manus illi conſtringis criminum tuorum funiculis, illique tradis ex quo flagella virgaſque componat, quibus te durius vindex excipiat.

Hæc omnia ſtatim declarat idem propheta Iſai. 28. 21.

Iſaias cap. ſequenti. *Sicut enim in monte diuiſionũ ſtabit Dominus, ſicut in valle; quæ eſt in Gabaon, iraſcetur. Vt faciat opus ſuum, peregrinum opus eius ab eo.*

XIII. Caſtigatio, opus eſt Deo alienum. Verba hæc, vt ſunt myſterioſa, ita ſunt & operoſa; quibus aliqui apponunt in duabus partibus interrogationem, vt dicat: *Vt faciat opus ſuum? Alienum opus ab eo. Vt operetur opus ſuum? Peregrinum opus eius.* Verum quidem eſt, quòd Deus exurget & ſtabit, inimicos ſuos puniturus. *Stabit,* ſicut in monte diuiſionum, & ſicut in valle Gabaon: Verum an cogitas, quòd ipſe hoc agat quaſi quid ſibi proprium? Nequaquam, ſed vtetur eo quod eſt illi alienum, & extra ſe: Numquid arbitraris opus hoc de cordis ipſis manare viſceribus? Nullo modo; ſed ex eo quod illi prorſus eſt peregrinum, vnde eius caſtigatio fiet, ſicut in monte diuiſionum, & in valle Gabaon.

49 XIV. Duabus probatur hiſtorijs. Duas hic tangit propheta Hiſtorias obuias paſſim & celebres, in quibus Deus ſurrexit ſtetitque hoſtes ſuos puniturus. Prima contigit in diebus Dauid, quando Philiſthæis non mediocriter iratus, ob nefandas eorum iniquitates Dauidi mãdat, vt cum exercitu contra illos procedat & vſque ad internecionem demoliatur. Fecit hoc Dauid, multaque præclara interciderunt: porro cum iam in procinctu duo ſtarent exercitus, vt manus cõferent, ſurrexit Deus, ſtetitque Philiſthæis aduerſarius horrẽdis tonitribus, tremendis fulgetris, & fulminibus metuendis nimis, nec non grandine copioſa quam de nubibus emiſit, quâ cunctas hoſtium copias contriuit. Factum hoc adeo famoſum fuit, vt illud ſæpenumero in Dei gloriam 2.Reg.22, 3.

Dauid decantauerit, imo etiam moriturus illud pſallendo repetierit. Pſ.17. 8. *Commota eſt & contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt,* &c. *Quoniam iratus eſt eis. Aſcendit fumus in ira eius* &c.

*& Miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos fulgura multiplicauit; & conturbauit eos.* Vt Dauid vidit euentum illum felicem, Deo laudes cecinit ac benedicit: Benedictus Dominus Deus meus qui diuiſit à me inimicos meos: vnde nomen mons
2. Reg. 5. 20. accepit ibi proximus, vt mons diceretur diuiſionis. *Tunc dixit Dauid diuiſit Dominus inimicos meos coram me, ſicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatũ eſt nomen loci illius: Baal-pharaſim, id eſt diuiſionũ.*

Alia hiſtoria antiquior erat: accidit enim eo tempore eo quo Ioſue ducatum gerebat populi Iſraël: quando Reges Chananæorum bello Gabaonitas impugnarunt, qui ſub alas Ioſue protegendi confugerant. Præcipit illi Deus, vt in aciem prodeat Gabaonitarum propugnator inclytus, nec formidet à facie eorum, ſe tempore conflictus adiutorem adfuturum eoſque interfecturum. Nec aliter ſe res habuit: illos etenim Ioſue ſuis aggrediens copijs, Deum ſenſit de cœlo adiutorem in valle Gabaon de nubibus depluentem lapides prægrandes, fulminaque terribilia. *Miſit Dominus ſuper eos lapides magnos de cœlo.* & horrificis de-
Ioſue 10. 11. tonans tonitribus hoſtium deleuit exercitum. Ambas has ponit propheta hiſtorias, vt oſtendat, qua ratione ſuos Deus puniat inimicos non rebus ſuæ bonitati proprijs, ſed ijs, quas noſtra defert illi peruerſitas.

§ XV. Similitudo. Omnibus notum eſt, quòd cœlum in ſe non contineat fulgura, grandines, lapides, tonitrua: etenim eſt ſupra quatuor elementa quinta eſſentia pura ac ſimplex vt docuit Philoſophus. Vnde
XVI. Deus ex ſe non habet quo nos puniat, ſed ex nobis. igitur illa Deus educit, vt ex alto ſuos caſtiget inimicos? An ignoras hæc omnia de vaporibus ex terra ſurſum aſcendentibus efformari? Nunquam fulgura viderentur, audirentur tonitrua, percuteremur grandine, niſi groſſiores, & ardentiores aſcenderent vapores ex quibus in altiſſimis conſtitutis formantur nubes, & ex partibus denſioribus ac calidioribus fit ille tumultus, deſcenditque grando campos conterens, & radij qui turres peruolant, & tonitrua quæ timore nos percellant vehementiori. En tibi quibus Deus ſuos puniat inimicos ex quibus flagella, fulgura grandines, pœnaſque efformet, ex vaporibus ſcilicet ſuorum criminum quæ contra Deum committunt: hæc illi materiam ſuggerunt, ex qua funes reſteſque componat, illoſque concutiat: etenim hoc indubium eſt, quod canit Eccleſia: *Nulla nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniquitas.* Si illa caro tua non ſit aliud niſi lutoſum ſterquilinium ex quo ſurſum aſcendunt mille calidi vapores luxuriæ contra Deum: Si cupiditas tua nihil agat aliud, quàm vapores emittere, fraudum, dolorum, & vſurarum, quibus pauperem irretis, illiſque ſanguinem exſugis: Si de iſto tuo capite non egrediantur, niſi vapores ſuperbiæ & ambitionis aſcendentes, hunc calcare prætendendo, deſpiciendo alterum, & ſuper capita gradiendo Reipublicæ, quid miraris, quòd ex illis efformet Deus flagella, pœnas, lapſum tuum, famem familiæ tuæ, moleſtam infirmitatem, iſchiaticam grauiſſimam, anxiamque perſecutionem?

Alloquitur Deus Noë, aitque illi ſe mundum ☞ 50
velle caſtigare. Cui Noë: num forte Domine, in XVII.
te habes quo mundum deleas vniuerſum? Non Varijs
habeo, reſpondet Deus, ſed ille mihi dabit, quo probatur
illum percutiam: nimirum peccata ſua, quæ velut exemplis.
ardentes vapores ac corrupti huc ſurſum aſcendunt. *Corrupta eſt terra coram Deo ac finis vniuerſæ carnis venit coram me.* Abrahamo dicit, Gen. 6. 11.
quòd intendat quinque illas ciuitates luxurioſas delere. O Domine, quo inſtrumento? Illæ mihi materiam ſuggerunt. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt.* Agit cum Iona ſtatuit- Gen. 18. 20.
que nefandam illam euertere ciuitatem Niniuen. Domine an hoc de tuo procedit fluitque pectore? Certè non, ſed de eorum malitia, ac peruerſitate, qua me ſic commouent, vt nihil ſupra. *Aſcendit malitia eius coram me.* Vos ipſi eſtis, vos Ione 1. 2.
ipſos accuſate, qui flagellum illi cauſamque miniſtratis, quo vos tot ſcelerum noxios puniat. Hoc idem Spiritus S. dixit rationem allegans illius ſupplicij ſæuioris, ac durioris flagelli ſerpentum ignitorum, draconumque mortiferorum, quo nocentem populum ſuum caſtigauit. Hoc inquit noueris, quòd ipſi prius hos fecerant ſerpentes, ac dracones contra Deum, illos vt Deos adorantes, & illis ipſis eoſdem caſtigauit. *Errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſuperuacuas,* Sap. 11.
*immiſiſti illis multitudinem mutorum animalium* 7.
*in vindictam: vt ſcirent, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.*

Eodem modo iuſtum enarrat Menelai ſupplicium, quem de turri præcipitem in congeſtum cinerem deiecerunt quo demerſus interijt. Hoc ſcito, inquit, pœnam fuiſſe proprijs illatam manibus ob non ferenda eius ſcelera, quibus ſacroſanctum ignem, templique polluit cineres, his male perijt: *Et quidem ſatis iuſte: nam quia multa contra aram Dei delicta commiſit, cuius ignis &* „ 2. Machab. 13. 8.
*cinis erat ſanctus, ipſe in cineris morte damnatus* „
*eſt.* Verba hæc nemo dignè perpenderit. Hoc „
idem Dominus inſinuare voluit, quando Cainum fratricidij reum adeſt puniturus, cui ſic ait: „
*Maledictus eris ſuper terram: cum operatus fueris* „

cam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gen. 4. 11. „ *eam non dabit tibi fructus ſuos.* Legunt alij: *Maledictus tu de terra.* q. d. Terram ſanguine polluiſti, quam fraterna cæde maculaſti, per illam vagus metuque contremiſcens diſcurres incertiſ-ſaris, nullibi tutus ac ſecurus; excolens eam in ſudore vultus tui, labores manuum tuarum non manducabis. Per eam ipſam terram, quam polluiſti, punieris.

Ex his pro gloria Dei reſpondet Iſaias. Admiratur quilibet intellectus, perpendens, quâ gratiâ miſericordiæ conueniat iniuſtæ & Angelum & hominem in profundo inferni detinere concluſos, pœniſque flammiſque perpetuis adiudicatos, ſic vt nec locum concedat, quo poſſint tandem aliquando reſurgere. O bone Deus, & qua ratione tuæ pietatis viſcera tantas videre poſſunt in tuis creaturis pœnas illiſque non compati? Nihil hoc te moueat, ait propheta, etenim illos

XVIII. Cur dãnati nũquam à pœnis liberentur.

delectos tenet, ipſa pœna grauiſſima quam ipſi ſibi ipſis peccatis ſuis impoſuerunt: Non illis eam Deus deſuper iniecit, non impoſuit, ſed illi ipſi ſe ſubmittere pœnæ voluerunt, illa libera malaque ſua voluntate perpetrando, atque eidem ſubiecti eſſe volunt, ex peruerſa ſua voluntate in malitia culpaque pertinaces: Hoc mihi concede, quòd à peruerſa ſua deſiſtere velint voluntate, & ego tibi hoc concedam, quòd Deus eorum miſerebitur. *Grauabit eum iniquitas ſua, & cor-*

Iſa. 24. 20. *ruet, & non adijciet vt ſurgat.* Vltima perpende verba: *Non adijciet vt reſurgat.* Ita voluntariè huic ſubiacent rupi peccatorum, vt nec nimirum quidem ſe moueant nec moturi ſint, vt inde ſeſe ſaluos erigiant, vt enim dixit D. Martinus diabolo: dum eum die quadam ad deſperationis incitabat laqueum ſua illi proponens ſcelera: O ter maledicte, an ignoras Dei miſericordiam adeo eſſe infinitam, vt tibi promittam, quod ſi culpam tuam volueris omittere, de ea dolere, rogare ex corde veniam, ille tibi miſericors eam largietur? Porro contumax tu in peccato perſeueras, vnde manifeſtum eſt, quòd & Deus in ſupplicio pœnaque tenax perſeuerabit.

XIX. Quia nolunt pœnitere.

☞ 51 Hoc eſt, quod Deus omnibus inferno damna-

Iſa. 50. 11. tis ait, ex ore vatis Iſaiæ: *Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis. Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis quas ſuccendiſtis.* Attendite & videte: *Ecce*, vos ipſi eſtis, qui vobis ipſis ignem incendiſtis infernalem, flatu lignoque veſtrorum ſcelerum: vos ipſos his flammis illaqueaſtis. *Accincti flammis.* Veſtris vos manibus hos intolerabiles flammarum funes fabricaſtis, quibus miſeri colligamus. *In flammis quas ſuccendiſti vobis.* En funes, quibus vos punio, non illos vobis decreui, vos ipſi illos vobis intuliſtis. Hoc quotidianum eſt in mundo, & ſi oculos aperieres, hoc clariſſimè conſpiceres, quod, *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* Quod tibi

Sap. 11. 17. XX. Per quæ peccat quis per hæc & torquetur.

perſuades lucem illam moleſtam eſſe, qua ad ſeptem vſque parietes oles graueolentes doloroſis iſtis vnctionibus perpetuo linemus, velut in tortura gehennali cruciatus? quid iſta rerum inopia, quâ tranſactis tuis profanitatibus te lunges interceptum? quid iſtæ tam graues diſtillationes, poſt tot noctium inquietas obambulationes, quibus modo vnam modo alterã inquietabas, tuaſque machinas in Dei contemptum exequebaris? flagella ſunt hæc Dei ex ijs ipſis compoſita quæ feciſti, & iiſdem ipſis te plectit. Et qui[l]eſſe cogitas anguſtias illas quibus extremâ vitæ hora hic cruciatur, ſuorum memor peccatorum: tunc enim illi diabolus ad viuum repræſentat puellam violatam, ſeductam coniugatam, pauperemque ſpoliatam.

XXI. Et hoc ipſi fatẽtur ſceleſti.

Heu quot qualeſuè anguſtiæ: quales Spiritus S. affirmat Antiochum pertuliſſe, qui à ſuis interrogatus, qui rerum eſſet, quod eum tantopere cruciaret, reſpondit: non tam me cruciat infirmitas licet grauiſſima. (Sentina quamque factus putredinis vermiumque redolebat intolerabiliter) quàm meorum memoria peccatorum. *Reminiſcor malorum, quæ feci in Hieruſalem.* Heu

1. Mach.

quæ flagella adeo acerba! illis te plectit, tu illa tuis manibus feciſti, tu funes illos contorſiſti, tu militum iſtorum conflaſti legiones. Ex quibus & illud intelligi poteſt quod Dominus ait. *Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo &c.* Hæc flagella proprijs compoſita manibus timebat ſibi David, dum ait. *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Illo flagello terrebat Dominus animam peccatricem ore vatis Ezechielis. *Propterea O oliba hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſatiata eſt anima tua, & congregabo eos aduerſum te in circuitu.*

Luc. 19. 43. Pſal. 48. 6. Ezech. 23.

Hoc adeo verum eſt, vt etiam ipſi Gentiles huic ſubſcripſerint veritati, nominatim Plutarchus, qui tractum edidit cui titulum præfixit: *De ſera numinis vindicta. Quemadmodum facinoroſus quiſque vltimo affligendus ſupplicio, corpore ſuo propriam fert crucem: ita improbitas ex ſe ipſa ſupplicium ſibi ſtruit ipſi. Proinde ſi dicere fas eſt flagitioſos homines neque aliquo, ſine Deorum, ſine hominũ indigere vltore arbitror, ſed perni-*

Plutarch. XXII. Ex Plutarcho confirmatur.

*tioſam*

*tioſam illorum vitam omni prauitate ac ſcelere corruptam, ſatis ſuperque ad ſe ipſam torquendam ſufficere.* Hæc eſt ſententia à Doctore Catholico merito profunda: de hoc autem argumento ſcribit optimè modernus Auctor. En tibi ex quibus Deus flagella colligat. Funiculos illos rapit, quibus illi ipſi ſuas ad templum adduxerant animalium pollutiones, & de illis ipſis flagellum componit, commoto vultu, & in eos incandeſcens progreditur, eorum menſas euertit, pecunias proſternit, eos ipſos incipit percutere velut canes tanto fortitudinis impetu, vt nullus ſit qui ſparſas colligat pecunias, loco hæreat; omnes in fugam ſe dant præcipites, non morantur, non ſiſtunt ne momento quidem: hic enim Chriſtus diuinam ſuam prodidit clarè potentiam, tantumque in eis tremorem excitauit, quantum ſolebat in hoſtium ſuorum cordibus, vt ſæpè ex S. Scriptura declaratur.

*Ioannes Pineda in c. 40. Iob 14.*

§. 17. Omnes eiecit. *Omnes vnica plectit flagello: & meritò menſas eorum euertit, dicendo:* Auferte iſta hinc: *verba nobis maximè ponderanda.*

☞ 52 VErum enim vero te Domine deprecor, vt vel parumper pedem figas, & attendas quid agas. Nullum principium in materia caſtigandi ita præſtitutum, quàm habere rationē in puniendo qualitatis perſonarum: nec enim ſuadere videtur æquitas, idem quamuis ſit nobilis & plebei delictum, vnum tamen eſſe & æquale vtriuſque ſupplicium: omnes etenim norunt id quid dicitur, quòd potens ac nobilis ſoluit in ære, pauper autem in cute. In quibuſdam regnis lex expreſſa ſtatuitur, vt nobilis vltimo non poſſit capitis affici ſupplicio, nec membrorum multatione multis in caſibus quod ſi plebeius fuerit, tali ſupplicio eſt in eum animaduertendum. Hic nemo dubitat, quin fuerint diuerſæ homines conditionis, quidam Domini diuites quorum erant bona, alij ſerui qui illa dirigebant: quidam in illa Republica optimates, quidam de plebe vulgares; imò quidam Sancti opinantur, quod non ſolum adeſſent ſæculares, ſed etiam Sacerdotes, & eorum primarij: nam de eorum id licet cupiditate ſuſpicari, quâ corda eorum plena flagrabant, & ex illa hanc fulciebant auari negotiationem. Ita ſenſerunt SS. Pontifices D. Anacletus, Pius primus, D. Iulius primus, aduertendo, quod peccantes ſacerdotes, non ſit licitum ſæcularibus, nec ſubditis caſtigare: idcirco dum hic peccant ſacerdotes, noluit Chriſtus vt alterâ quàm ſuâ manu eis inferretur pro delicto ſupplicium. Hoc argumentum proſequitur D. Gregor. ſibi ſoli hoc Deus ſacerdotum reſeruat ſupplicium: Deo igitur relinquantur puniendi.

I. Cum omnes æqualiChriſtus pœna mulctauerit.

*Epiſt. 2. Epiſt. 1. Epiſt ad Orientales Epiſcopos. Vide Toletum in c. 2. Ioannis annot. 19.*

Cum filij Iſrael ad montem Sinai perueniſſent præcipit Deus, vt ibi tentoria figant, & erigant tabernacula: iam enim tempus dandæ populo legis imminere. Montem aſcendit Moyſes, in quo Deus erat illi locuturus, cui & ait: Moue populū, ne quis propius huc accedat, nec homo, nec beſtia, ſed nec pedem quidem attingat montis ſub pœna capitis. Deſcendit Moyſes, & hoc præceptum populo ſignificat; ad montem reuertitur, rurſus deſcende, eiſque quæ tibi dixi notifica; dic vt non accedant. Domine, iam monui, vt non accedant. Nihilominus deſcende, & dic illis nominatim ſacerdotibus (erant hi primogeniti) *Sacerdotes qui accedunt ad Dominum ſanctificentur:* illi amplius quàm cæteri: *ne percutiat eos*; reliquos populus lapidibus obruet, porro ſacerdotes meo iudicio relinquantur, eos ergo puniam, & quanto manus eſt mea potentior, erit eorum grauius tantò ſupplicium.

II. Sacerdotum ſupplicium ad Dei reuocatur tribunal.

*Exod. 19. 22.*

Quâ igitur Domine iuſtitiâ pari cunctos pœna caſtigas, & Dominos ſicut ſeruos ac mancipia, ſacerdotes ſicut laicos pari flagello eliminas? Ratio eſt: quia hic iuſte procedunt legum inſtituta, diuerſis decernendo pœnas iuxta diuerſam hominum conditionem: etenim iudices non pari quoad executionem cōtra omnes auctoritate pollent, & aliquando ſi virum præpotentem, eodem quo plebeium vellent afficere ſupplicio moueret non leuem Republica ſeditionem ipſius eiuſque ſubſidio freta familiarum: quinimo & ipſe Dauid volens, vt merebatur, ducem ſuum Ioab caſtigare, non hoc præſumpſit veritus, populi, militumque ſeditionem; prægrandi namque pollebat poteſtate. Quocirca ad pacis Reipublicæ conſeruationem hoc pœnarum decernitur diſcrimen. Præter hoc ſingulariter inter homines attendantur qualitates, & opes perſonarum, ex illis etenim diuerſæ manant conditiones, & ex quibus diuerſi in Republica ſtatus eriguntur: cum autem diuerſæ ſint in qualitate perſonæ, requirit æquitas, vt diuerſa ſint in qualitate acquantitate ſupplicia.

III. Iuſtè hic attenditur in puniendo perſonæ conditio.

IV. Verumtamen intuitu Dei locum non habet: In Deo Primò: quia reſpectu illius non eſt maior, minorque potentia: cum omnium hominum ſupremus tam ſit infirmus, quàm vermiculus. *Puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter*

nulla eſt perſonarū diſparitas

*Sap. 6. 8.*

*liter cura eſt illi de omnibus*:cui tam facile eſt in
nihilum redigere ſupremos cœli Seraphinos,ac
formicas terræ, populum infimum. Secundò:
quia ratione illius,hoc tibi perſuade,quòd om-
nes homines vnius eiuſdemque ſint qualitatis:
duces & pauper,nobilis & ruſticus. In eundem
vos deijciet ignem inferni, diuites, ſi luxurioſè
viuatis, in quem pauperes, qui tales vixerint.
In eiſdem vos ergaſtulis concludet nobiles ac
Principes tot libidinum reos, ac viliſſimum
qui in ijs fuerit, in ſalarium. Iiſdem vos pro-
fundis ignium demerget cacabis,mille ſerpenti-
bus vermibuſque ſcatentibus exurendas, nobi-
liſſimas fœminas,quæ ad Dei nominis iniuriam
veſtræ in omnibus eſtis obſecutæ voluptati,qui-
bus ancillam veſtram, ſiquidem in illo ipſo diſ-
crimen erit & diſparitas, non habita ratione ad
mundi qualitates,ſed ad criminum grauitatem;
hanc enim Deus iudex iuſtus conſiderabit. Eo-
dem modo Deus aget cum Rege, ac cum man-
cipio, cum plebeio ac cum generoſo, hoc enim
eſt quod voluit vt Rex Iechonias intelligeret,ne
ſibi perſuaderet, quia Rex erat, quòd idcirco
Deus hoc in eo diſſimulans præteriret, quod in
Hiere. 22. ſubditis eius puniens non præteribat. *Si fuerit*
24. *Iechonias annulus in manu dextera mea, inde e-*
*uiam te dicit Dominus.*

☞ 53 Hoc,ſi rem capio, per Iſaiam indicauit agens
Iſa.24.1. de iudicij ſui die: *Ecce Dominus diſſipabit terram,*
*& nudabit eam, & affliget faciem eius,& diſper-*
*get habitatores eius.Et erit ſicut populus ,ſic & ſa-*
*cerdos,& ſicut ſeruus, ſic Dominus eius,ſicut ancil-*
*la ſic Domina eius:ſicut emens , ſic ille qui vendit:*
*ſicut fœnerator,ſic is qui mutuum accipit* &c. de-
inde adiungit: *In die illa viſitabit Dominus ſuper*
*militiam cœli in excelſo , & ſuper reges terræ,qui*
*ſunt ſuper terram,& congregabuntur in congregatio-*
*ne vnius faſcis*. Procedet contra militiam cœli,
& populū terræ, id eſt nobiles & ignobiles Ec-
cleſiaſticos & ſæculares, & ex illis faſces com-
ponet. An tibi excidit, quod Saluator noſter ait:
quòd in die iudicij præcipiet Zizania in faſces
colligi,quoſdam his illos alijs?quid hoc?Ex im-
Matt.13. pudicis colligabitur faſcis vnus: *Alligate ea in*
30. *faſciculos ad comburendum* : ex vſurarijs alter, ex
V. proditoribus alius,ex murmuratoribus quidam:
Omnes *Omnes ſicut in congregatione vnius faſcis*: de vobis
eiuſdem enim diuitibus,& vobis pauperibus,& vobis no-
criminis bilibus,& vobis plebeis,ſi impudici fueritis vnus
reos in congregabitur faſciculus,& ſi par omnium ve-
vnū faſ- ſtrum culpa fuerit,par erit & pœna.Hæc æqua
cem col- eſt Dei iuſtitia;coram qua aliæ non valent con-
ligabis. ditiones,quàm eſſe bonum quem aut malum, &

ſic egentibus,qui boni fuerint idem daturus eſt
regnum,quod diuitibus,qui boni fuerint;& vul-
garibus ſanctis idem cœlum, quod ipſis nobili-
bus ſi à ſanctitate commendantur, ſolummodo
diſcrimen ſtatuens in qualitate bonitatis, ſan-
ctitatis ac meritorum,omiſſa alia differentia ca-
tum,quas ſtatuit mundus in perſonis: ſic crede
futurum in peruerſorū malorumque ſupplicio.
Attende qua ratione cunctos aggrediatur, qui
licet ſtatu differant perſonarum, pares ſunt in
culpæ qualitate,quocirca flagellat omnes,& iiſ-
dem funiculis hos & illos indiſcriminatim ca-
ſtigat;omnes vt canes excipit, æqualiter de tē-
plo exturbat & ablegat vniuerſos.Confeſtim ir-
ruit in collybiſtarum menſas, ſoloque deijcit v-
niuerſam pecuniam. *Et nummulariorum effudit*
*æs , & menſas ſubuertit.* Actionem hanc diuinam
nemo non admiratur:in qua Chriſtus brachij ſui
demonſtrat potentiā: cū enim illi pecuniam vt
Deum ſuum colerent,videant autem quòd illam
pedibus proterendam in terram effundat, non
ſeſe eius opponunt defenſores,ſed hoc vnice a-
gunt,vt flagra fugiendo immunes euadant, ete-
nim verè illos diuinæ ſplendor maieſtatis, qui
in facie,teſte D.Hier.relucebat,mirum in mo- *In c.9.*
dum in tali occaſione perterruit: ſummaque in *Matt.*
hoc ſapientia proceſſit:quia conformiter ijs,quæ
diximus,pecuniam attendit,quam illi vt Deum
ſuum nefariè venerabantur in templo menſis
impoſitam velut in Altaribus:hoc etenim in illo
referente Euangeliſta, Zelum excitauit feruen-
tiſſimum.

Quòd Deus ſæpenumero ducibus populi ſui *Deutero.*
præceperat, hoc erat ſi quando locum aliquē in- *7.6. &*
trarent,vbi reperirent incolas idola ſua ſuper al- *12.3.*
taria collocaſſe, intrepidè confringerent idola, VI.
ſubmitterent aras,ſolo deijcerent,eorumque pe- Præcipit
riret memoria, nec eſſet quidquam quod denuo Deus ido-
poſſent erigere idololatræ. Eo modo præceſſit lorū de-
Zeloſus Rex Ioſias,idque tanto feruore vt eum leri me-
Spiritus S. hac de cauſa tam præclaris celebret moriam.
elogijs,ſicut ſupra memorauimus: ingreſſus e-
nim in templum Domini illudque multis con- 4.Reg.23.
ſpurcatum dolens idolis in altaribus erectis:om-
nia comminuit, redegit in puluerem, araſque
ſolo, Zelo feruidus, adæquauit.

Notat autem particulariter D.Ioan.Euange- VII.
liſta,referens qua ratione Deus de ſupremo cœ- Locus &
lorum vertice in abyſſum terræ ſuperbos illos occaſio
deiecerit Angelos,qui Deo rebelles, ſedē ſuam peccati
diuinitati proximam& collateralem locare mo- prorſus
liebantur:vt oſtenderet,quod in æternum num- euerten-
quam eo eſſent aſcenſuri, ait: quòd deciden- da.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Apoc.12.8* tibus illis; *neque locus eorum inuentus eſt amplius in cœlo.* Quando quis de ciuitate migrat in aliã, eius autem domus fixa ſuoque nomini propria remanet, ſpes eſt, quòd ad eam in tranſitu ſaltẽ remeabit. In menſa Regis Saul habebat Dauid locũ ſibi deſignatum: quamdiu locũ illum ſibi propriũ poſſidebat, ſemper ſpes erat, quod in eo ſeſſurus reuerteretur, & in menſa regia comeſturus, aliquot licet diebus nõ adfuiſſet, aliò peregrè profectus. Quando iã definitũ erat, quòd eò non eſſet amplius, rediturus, ſedes illa inde mouebatur. Hoc Chriſtus illa voluit actione declarare, qua menſas nummoſq; ſubuertit, quod poſt hac nunquam eò campſores eſſent redituri, vt tantam in templo patrarent ſacrilegij nequitiam. Hoc quoque tibi faciendum incũberet, vt nedum peccatum exturbares, ſed inſuper & locum, in quo ſedebat, illudque erectum continebatur. Si in tali domo ludere conſueueris, tuaque bona dilapidare, nec non vxoris dotẽ aleis ludiſque impendere; ſi ingreſſus in talem locũ occaſio fuit, qua cũ tali peccaueris, eiuſque te nõ honeſta perdiderit familiaritas: ſi ad populi coronã accurrere tibi det detractionũ, ac diffamationũ occaſionẽ: locũ illũ euerte; ſi namque ille manſerit, ilico reuertetur ſimulachrum, ſicut paſſer, quem adijciens ei lapidem de petræ foramine expellis, porro ſi nidum in eo reliqueris, confeſtim iterum aduolabit. De hac prudentia Rex commendatur Ioſias, qui non ſolũ de templo laſciuos quoſdam & immundos exturbauit, qui ſuas illic ædiculas erexerant, ſed illos eliminans eorum pariter deleuit ædiculas: *Deſtruxit quoque ædiculas effœminatorum.* &c.

*4.Reg.3.7.* Hoc perfecto Chriſtus ad columbarum turturumque conueniunt venditores, quos ſeuero, ac venerabili vultu alloquitur:

☞ 54 *Auferte iſta hinc, & nolite facere domũ Patris mei, domũ negotiationis.*

VIII. Conueniunt, Chriſtus dicens *Auferte,* & Dauid monens *Afferte.*

Emphaticũ eſt illud pronomen: *Iſta,* ſimiliter & illud aduerbium: *hinc. Auferte,* mandat, *iſta.* Quid eſt, *iſta?* Cur nõ exprimis dicens: auferte de domo Patris mei turtures & columbas? quia illas ad templũ deferri non prohibebat: imo potius illas in illud volebat adferri, vt ex illis ſacrificia pacifica Patri ſuo æterno iuxta legis decretum offerrentur: condemnat autẽ immunditiam, qua illas ibidẽ habebant ad inſtar fori, & peruerſam lucrandi intentionẽ, qua illas adduxerant. Hinc capies, quòd Chriſtus non contradicat verbis his ô *Auferte iſta hinc,* alijs verbis, quæ ex Dauide videntur illis ex oppoſito repugnare. Conatur propheta regius ſanctos adhortari vt ad Dei recurrant tabernaculũ cũ oblationibus arietum, ouiũ, vitulorũ, & animalium, vt illa Deo conſecrent, quatenus illorum muneribus filios Dei ſe eſſe proteſtentur, qui vt tales de eius agant honore nominiſque gloria, *Afferte Domino filij Dei,* *Pſ.28.1.* *afferte Domino filios arietum: Afferte Domino gloriã & honorẽ, afferte Domino gloriã nominis eius: adorate Dominũ in atrio ſancto eius.* Quinquies ait: *Afferte.* Afferte ad tabernaculũ Dei ea, quæ ſunt in eo ſacrificanda adferte oues boues, arietes, vitulos, turtures & columbas. Hoc Dauid expoſcit. Vide igitur, qualiter hodie illa omnia ad templũ afferentes tanta copia vt illis quinq; *Afferte,* ſatisfacere videantur, quæ dixit Dauid, Saluator noſter vnico impetu illos & omnia ſubuertat, mandetque foras eliminari: *Auferte iſta hinc.* Quid hoc noui Domine? Hoc quod Dauid præcipit vt ad templũ in Dei gloriã adferamus, tu præcipis vt efferamus, & flagello minax tu ipſe omnia de templo propellis; qua ratione hoc *Auferte iſta hinc.* Saluatoris, conuenit cum illo Dauidis: *Afferte Domino filios arietum* &c? Non præcipit de templo foras expelli per ſe, id quod Dauid in templum adferri hortabatur, ſed auaritiam, ſed templi pollutionem: hanc etenim illi ſacrilegi his omnibus permiſcebant, qui nedum ſe, non eſſe filios Dei demonſtrarant eius honorantes domum, ſed capitales inimicos, Deũ illo ipſo grauiter irritantes, quo non mediocriter honorare debuerant, domum Dei in ſpeluncam latronum furumque conuertentes.

Deo perplacet gratumq; eſt, quod ad templũ *Eccl.14.15 & 34.10* adferas oculos, os manus, pedes, caput, cor, pecuniã: quinimo diſplicet illi, ſi manibus vacuus eius intres Eccleſiam, infringens eius decretum *Pro.16.16* multoties repetitum: Attamen non peruerſa hoc fiat intentione, non impudica, non execrabili profanitate, ſed vt omnia gratiſſimũ Deo ſacrificium offerantur: oculos adferto, quatenus illos in Deũ ſolummodo dirigas, velut templum mortifices, & in Deũ ſolummodo dirigas, velut templum eorum ſcopum, os adferto, vt illi vitulos offeras adferẽda labiorũ, de quibus Oſeas, orando veniã delictorum gratianque poſtulando. *Oſe.14.3.* Aures adferto ſacrificandas, & verbis S. Euangelij, prædicatoris, diuiniſq; laudibus, quæ cantantur, ſubmittẽdas. Manus adferto, quibus pectora cum publicano tundas, quibus pauperi ex delatis pecunijs ſuccurras liberalis. Illa vero praua deferre intentione, eaq; ibidẽ habere leuitate inhoneſta, velut in foro vicoque publico, hoc eſt quòd Deũ offẽdit non leuiter, quòd oculos adferas, vt aliam adſpicias, ſigna nutuſque facias: aures vt mundi fabulas nouaq; percipias: genua vt erecta habeas, non in terram deflexa: pedes vt hac illacque per

IX. Quæ & qua ratione

Eccleſiam

Eccleſiam diſcurras, velut per ſtadium, & tam paruo reſpectu, quo per forum obambulans: Audi quid tibi dicat: *Auferte iſta hinc.* Hinc talis petulantia, apage talem irreuerentiam.

X. Domum Dei decet ſanctitudo. ☞ 55

Nec inconſideratè prætereas aduerbiũ: *hinc: Auferte iſta hinc:* q.d. Attende, qualis ſit hic locus à talibus in tantum alienus. Locus hic Dei domus eſt, diuinæ ſedes maieſtatis eius præſentiæ locus ordinarius. An tibi videntur hæc illi conuenire? Hic orare, tacere, & corã diuina tremere debes maieſtate, nõ cachinnari, nõ cũ mulierculis iocari: hic pauperi tribuere eleemoſynã nõ de tuis colloqui cupiditatibus. Magni ponderis erant illis hæc Saluatoris verba, ſed nobis multò grauioris tantò quantò templum noſtrũ illorum templo eſt eminentius. Ibi Deus aderat tantummodo figuris obumbratus, Angeli in cortinarũ depicti velis, Cherubini vmbraculi, propitiatoriũ repræſentatiuũ, remiſſio peccatorũ delineata. Sacrificia puris litabãtur animalibus: quæ namque offerebantur, vituli erant, arietes, agni, & oues, tanta ſanguinis effuſione, vt magis laniaria eſſe viderentur (vbi id quod ſacrificabatur inter hos & illos diuidebatur ſecundũ legis inſtitutum) quàm Dei altaria; & nihilominus mãdabat Deus vt ibidem adeſſent, velut reuerentia tremoreque concuſſi. *Metuite ſanctuariũ meum.* Porro in noſtris templi res non habemus figuris vmbriſque deſignatas, ſed in rei veritate præſentes: hanc enim dixit D. Ioan. à Saluatore factam. *Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſũ Chriſtum facta eſt.* Hic verè & realiter, ac in propria perſona adeſt filius Dei in venerabili Eucharistiæ Sacramento, eius vera Diuinitas, eius verũ corpus & anima: hic verè præſentes adſunt Angeli præſertim ſub diuinis officijs, maximè verò ſub miſſæ ſacrificio: ſicut enim dum Deus in figura latebat in arca & propitiatorio, multi in figura depicti videbantur in cortinis Angeli circumquaque: ita quoque & hic, vbi in veritate Deus adeſt, adſunt & in veritate cæleſtes ſpiritus numero quàm plurimi.

XI. Templa noſtra ſunt multo digniora.

Leuit. 19. 30.

Ioa. 1, 17.

D. Chr. Ho. de non contemnenda Eccleſia To. 5.

Ita probat D. Chryſoſto. imò ipſos ille ſæpius vidit, vt refert D. Nilus eius diſcipulus in epiſtola quam ſcripſit Epiſcopo Anaſtaſio, ſingulares diuinaſque proferens hiſtorias, quæ quo ad hoc ei contigerunt, & quædam S. Doctoris verba confirmant dum ait: *Diuina communionis tẽpore non ſoli homines maxime horrendum illum clamorẽ vociferantur* (loquitur autem de hymno cantari ſolito ante conſecrationem Sanctus, Sanctus, Sanctus &c.) *ſed & Angeli, & procumbunt Domino, & Archangeli canunt, & quemadmodum homines ramos oliuarum reſciſſos pedibus protendunt per ſtirpem illam miſericordiæ, & humanitatis illos admonentes* (oportet & hunc tunc morem inoleuiſſe) *ita ſanè & tunc Angeli pro ramis oliuarum, ipſum corpus Domini protendentes, Dominũ pro natura humana deprecantur dicentes: Pro ijs rogamus, quos tu ipſe prior dilexiſti, vt animã tuã dares. Pro ijs preces fundimus, pro quibus ipſe ſanguinem fudiſti. Pro ijs deprecamur, pro quibus corpus hoc hoſtiam obtuliſti &c.* Vt admirabilẽ ſuſpicimus illam D. Greg. Papæ ſententiam agentis de ſublimitate & excellentia ſacrificij miſſæ quod offertur in Eccleſia. *Penſemus quale ſit hoc ſacrificium &c. Quis enim fidelium habere dubiũ poſſit in ipſa immolationis hora ad Sacerdotis vocẽ cælum aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio Angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cæleſtibus iungi, vnum quoque ex viſibilibus atque inuiſibilibus fieri.* Quantum conijcio ſpectat illud D. Cypria. & nos ſupra retulimus: quòd adeſſe teneamur quaſi in cœlo præſentes eſſemus, vnum cum Angelis chorum facientes: idcirco namq. præmonemur, dũ dicitur, *Surſum corda.*

D. Greg. L. 4. Dialo c. 5. ad finem.

D. Ber. L. 2. de conſideratio ad finem.

An ergo conuenire iudicatis, veſtras vos huc adferre leuitates, hic oculo verſari impudico, hic viſum torquere in id quod animæ eſt perniciosũ, hic terrena veſtra & ſæcularia tractare negotia: *Auferte iſta hinc.* Scripſit D. Bern. Eugenio Pontifici vt recordatus ſe Pontificem eſſe, nugas euitaret. *Inter ſæculares, nugæ nugæ ſunt, in ore Sacerdotis blaſphemiæ. Conſecraſti os tuum Euãgelio, nugis iam aperire, illicitum, aſſueſcere ſacrilegum eſt. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt de ore eius, non nugas profectò, nec fabulas.* Idem ſit de loco ſacro iudicium. Confabulationes, confabulationes ſunt porro *in templo blaſphemiæ.* Pluris æſtimat diabolus quòd te ad inania in templo verba pelliceat, quàm ad multa foris; non quia ex ſe grauius ſit peccarũ, ſed quia *In faciem Dei, &c.* Sicut in viro Eccleſiaſtico, exigua alapa, quam Epiſcopus Andreas publicæ impegerat, cauſam intulit grauiſſimam, id quod in viro ſæculari vt iocus attenditur. Caue tibi ne Deus ipſe flagellum arripiat, quandoquidem nec ſuperiorum verearis reprehenſiones, nec voces timeas prædicatorum, nec Dei ſuſpicias Maieſtatem, nec Angelorum honores præſentiam inuerecundus.

§. 18. Zelus domus tuæ &c. *Zelo feruebat Chriſtus, quia amore flagrabat: tu verò zelo non ferues: quia in amore tepuiſti.*

☞ 56 Factū hoc Chriſti omnes mirãtur. R*Ecordati ſunt vero diſcipuli eius: quia ſcriptum eſt: Zelus domus tua comedit me.* Magnum actus hic in omnibus illis ſtuporem
excitauit qui in templo aderant: eo quod Chriſtum minimè cognoſcerent: nondū enim ſe perfectè mūdo manifeſtarat: & maiorem adhuc in
ipſis ſanctis diſcipulis ſuis, quia iam illis apprimè cognitus erat: iam enim eius experti fuerant
manſuetudinem, benignitatem, ſuauitatem, &
iam in illo paulatim aduertebant, quod ab æter-
*Matt.12.18.* nō Patre fuerat prædictum, & Euangeliſta Matthæus in illo completum aſſerit, nec non D.
*Epiſt. ad Algaſ.* Hieron. exponit eleganter: *Non clamabit, non vociferabitur, non audietur vox eius foris, calamum*
*Iſai.42.2.* *quaſſatum non confringet, & linum fumigans non extinguet.* Pluribus iam manſueta filij Dei benignitas innotuerat, qua in mundo clarus appareret. Iſaias eum vt agnū futurum prædixit, qui
tonſus licet, non quereretur; & vt talem conſpe-
*Ioan.1.24* xit eum D. Ioannes, digitoque ſignauit: *Ecce ag-*
II. *nus Dei.* Eliæ, vt notat D. Irenæus, deſignatus fuit
Erat enim alias mitiſſimus. in leuis auræ ſibilo, quem perſenſit tranſactis
turbinibus, ventis, igne, & tempeſtate; porro nulla, meo iudicio eo vſque accedit exaggeratio, ad
illud quod Iſaias prædicit: *Linum fumigans non*
*L.4. cōtra hæreſes c.37.* *extinguet*, interprete D. Chryſoſt. Quam foret ille pacificus, qui emungente te candelam, ablatoſque fucos in terram deijciente, illos adhuc
*In demonſtrat. Quod Chriſtus ſit Deus.* fumigantes ſibique moleſtos, animum non haberet eos extinguendi pedibusq; proterēdi? Hoc indicare voluit propheta iſto lini fumigantis ſymbolo. Videntes igitur virū omnis manſuetudinis exemplar & ita abhorrentem ne quem
vel in capillo capitis lædat, qui tale quid, quale hoc eſt, facinus edat contra populum purpuratū,
illuſtrem, & vrbis Hieruſalem potentiſſimum, in
loco ita publico, quale templum erat, tempore concurſus innumerabilis, ſicut in vigilia Paſchatis, ore hiante ſtabant attoniti Apoſtoli, & tandē,
inquit Euangeliſta, illis in mentem venit, hoc facinore impleri, quod de eo ſcriptum ferebatur:
*In cap.2. Ioan.* Domine: *Zelus domus tua comedit me.* Sententia eſt Ruperti quòd eius meminerint diſcipuli
poſt Domini reſurrectionē, & hanc ſententiam aliqui ſequuntur: ſicut enim dū Chriſtus à mortuis ſurrexit, ſigni illius recordati ſūt, quod hac
occaſione prædixerat Iudæis, quòd in triduo templum eſſet ſuſcitaturus, quia tunc illud impletum viderunt, ita ſimiliter, tunc illis incidit
factum illud fuiſſe ex Zelo domus Dei. D. Chry- *Ho.22. in*
ſoſt. D. Cyril. Theophilactus & alij arbitrantur *Ioann.*
hoc ita palam omnibus innotuiſſe, quòd Chriſtus *Io. c. 2.*
Zelo moueretur domus Dei, vt illud confeſtim *Ioan.*
intellexerint Apoſtoli: Zeli hæc operati ſunt in
eo ferventiores.

Amor Zelos vt filios parit, vt dixit D. Aug. *a.* III.
& perdoctè proſequitur mare Theologiæ pro- Amor
fundum D. Th *b.* Quare tanto feruens Zelo ne Zelum
talem vel ipſe ſol aſpiciat, vt etiam ipſi ſoli eius producit.
videaris adſpectū inuidere? quia illū amas plu- *a Trac.10*
rimum. Vt quid dum vides quempiam vxori tuæ *in Ioann.*
contumelioſum, tuiſque filijs moleſtum, tanto *Tom.9.*
contra offenſorem Zelo motus inardeſcis? quia *b 2. 2. q.*
multo illos amore complecteris. Vnde ſi Zelo *28. ar.4.*
non ferueas, ratio eſt; quia non diligis. Ille qui
floccipēdit *(a)* quòd vxor ſua diſcurrat quocum- *(a) no ſe le*
que libera voluerit, & loquatur illi, & vbicum- *da vn*
que placuerit; nulla feruet dilectione. Hinc ha- *quarto.*
bemus, quòd Deus indicaturus ſe amorem ſuū
ab anima ſubtracturum ſic minaretur: *Auferetur* *Ezech.16.*
*Zelus meus à te.* Ex prædictis collige, quod quā- *42.*
tò fuerit tuus erga Deum amor feruentior tanto erit & Zelus ardentior, quo eius te honoris
oſtendes defenſorem.

Huius occaſione perpendit D Gregor. ſimilæ IV.
ſacrificij dignitatem, Deo ſummopere accepti. Allego-
Præcipiebat vt ſibi ſimila dedicaretur calida, & ria.
ad hoc in ſartagine frigeretur, vt autem eam *Leuit.6.*
calor intimius penetraret, volebat vt oleū ei ſu- *21.*
perinfunderetur. *Tolles ſacerdos pugillum ſimilæ,*
*quæ in ſartagine oleo conſperſa frigetur.* O quàm D. Greg.
vehementi accendebatur calore, ſi aque oleum ei *Ho.12. in*
flammas excitabat; & quò plus olei, eo erat in *Ezech.*
ſartagine frixura vehementior. *Tunc ſimila in circa fi-*
*ſartagine frigitur cum munda mens iuſti per Ze- nem.*
*lum ſancti amoris crematur.* Summus omnium V.
amor qui fuit aut eſſe poteſt, is erat quo Salua- Chriſti
tor noſter æternū Patrem ſuum amplectebatur, erga Pa-
nedum loquendo de amore diuino increato, ſed trē amor
etiam de creato animæ ſuæ, quia ex charitate, ſummus.
quæ in anima flagrabat promanabat: hic etenim
ſolus, longe antecurrit omnes omnium Seraphinorum & Cherubinorum, ac ſanctorū ſimul
conflatos amores: & omnem illum, quo flagrarunt quotquot fuerūt, ſunt aut eſſe poſsūt amatores. Ex tali amore, quis obſecro, Zelus erat ac- VI.
cendendus? Filius, qui patrē ſuū vt vitā ſuā cha- Similitu-
rum diligit, videtque hoc in foro flagrionem, do.
parenti ſuo colaphos impingentem, qualiter ſe
habet? Si hoc naucifaciat, euidens eſt argumentum

tum

rum, quòd illum minime diligat. Veruntamen ſi diligat ardentiùs honoris paterni Zelo non parum inardeſcit, & tantò vehementiùs, quantò diligebat ardentiùs & in calumniatorem inſurgit vindex iniuriarum immanior, hoc Zelo commotus rugientem induit leonem. Scurra quiſquam domum tuam ingreditur, patremque tuum pedibus proſternit, proterit, conculcat, collumque premit: quo precor hoc ferres animo, ſi illo nihil haberes gratius, nihil ſuauius? Quid Chriſto faciendum erat patris ſui domū ingreſſo, cum vidit, quod ei in faciem conuitiaretur? O quis Zelus? qualis & quàm efficax in corde eius mouetur æmulatio!

57

Obſtupendis meritò verbis David Chriſtum alloquitur quem cernit amore iuſtitiæ, & odio peccati non leuiter accenſum, & hanc dat rationem: *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Longè abundantior olei fuit illa copia qua Chriſtus eſt inunctus, quàm ea qua cæteri omnes inuncti referuntur. Reges & ſacerdotes oleo ſancto conſecrantur, in ſignum, quod eſſe debeant mites ac benigni, nihil enim ſic demulcet vt oleum. Chriſtus Rex Regum, & ſacerdos ſacerdotum ſuprema omnium olei vnctione diuinæ gratiæ & ſupra omnes charitate erat inungendus: vnde laudatur omnium mitiſſimus, ſuauiſſimus, benigniſſimus, dilectiſſimus. Illud autem in eo Zelum excitauit extra morem feruentiſſimum. Certam ſume menſuram goſſipij quod ex ſe ita blandum eſt, vt ad expreſſionem rei alicuius ſuauis dici ſoleat, eſt goſſipium: illi ſuperinfunde hydriam olei vt totum goſſipium oleo contemperetur, quæ poterit huic blandities comparari? Verum eſt, non abnuo, ſed nec eſt quidquam ad ignem concipiendum flammaſque in cœlum euomendum magis diſpoſitum ſi ei ignem inijcias: hoc quippe oleum, quo ſuauius redditur, ipſum diſponit goſſipium, vt ilico in flammas ignemque exardeſcat.

Pſ. 44. 8.

VII. Chriſtus oleo ſuper omnes amplius inunctus gratiæ vnde mitis erat,

VIII. Similitudo.

IX. Sed inde Zeloſior.

En tibi Chriſtum ipſe ex ſe goſſipium eſt blandum, filius David, miſericors, agnus manſuetus, filius ouiculæ mitiſſimæ, qua nulla in omnibus cœli terræque gregibus mitior apparuit. Huic blandæ manſuetudini oleum gratiæ ſuperinfunde abundantiſſimum: cui ita fuit permixtus vt ex eo ad omnes deriuetur: *Vidimus eum plenum gratia & veritatis &c. & de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Quæ gratia, quis erga cœleſtem Patrem amor? Hic eſt ille, quo diſponitur vt igne Zeli ſuccendatur ardentiori. Patrē amat amore ſuper omnes excellenti, amore quo non poſſis imaginari feruentiorem, vnde Patris aduertens offenſam, Zelo commouetur, quo totus inardeſcit, quo cordis eius intima exeduntur, & velut ignis compreſſus perrumpit, foraſque proſilit, ſic honoris paterni Zelus, ad hoc quod agit eum inſtigat impetuoſius. Quin imo idcirco in vobis nullus feruet honoris Dei Zelus, qui non illum vt patrem affectuoſè diligitis. Prorſus admirabile eſt quod inter Chriſtianos agitur, qui ſe iactant Deum habere patrem, & vt Catholicus non habetur, qui quotidie non illi dicit: *Pater noſter qui es in cœlis:* & nihilominus, tanti tibi refert, quod offendatur, blaſphemijs impetatur, periurijs irritetur, celaphis dedecoretur, ac ſi Deus ligneus eſſet, vel aliquis de numero Deorum in India infideliū, quem numquam vidiſti: quinimo ſubrides, iocaris, de peccatis confers ſermones, quæ quiſquam alius in Dei commiſit ignominiam. Tu videris, an ille ſit ſpiritus filij talis patris, & intelliges quàm omnino tepens amore Dei cor tuum elangueat.

Ioan. 1. 14 & 16.

X. Quia Deum non diligimus eius honorem non curamus.

Hoc in primis aduerto, loquitur D. Gregor. Nazianzen. quòd inſtar ignis exardeſcas, totus flammeus, quotieſcumque quis hoc tangit, quod diligis, & multos aſſerit eſſe Iudæ proditori comparandos; qui videns opes dilapidari. Zelo nimio incanduit, ob detrimentum, vt leo rugijt quando pœnitens Magdalena vnguentum effudit: *Fremebat in eam.* Vt eam velle diſcerpere videretur. Nec mireris; in promptu eſt ratio: pecuniam diligebat. O proditorem, exclamat ille, *Ob pecunias fur ille Zelotypiā erga crumenam æſtuabat, ac Deum prodit, & triginta argenteis vendit:* Hic patet, vtrum feruentius traditor ille dilexerit Deum an pecuniam, & hoc in te ipſo licet iudicare; quantum commoueris, ſi quis tibi vel minimum in pecunijs adferat detrimentum, vel in horti fructibus, aut in meſſe camporum, aut in honore tuo per ciuitatem, aut in vxore in foro noceat? Et quàm hoc te nihil mouet quòd Deus vendatur, blaſphemetur, prodatur, offendatur? Euidens ſignum extincti amoris, qui ſi ferueret, Zelum excitaret.

Orat. 28.

Mar. 14. 5.

D. Greg. Naz.

### §. 19. Zelus domus tuæ &c. *Hoc Zelo ferueant Principes, & contra prophanos flagellum arripiant.*

EX præfatis elicit D. Aug. animum ſyncerum, quo Principes Chriſtiani Eccleſiaſtici ac ſæculares arripere debeant flagellum

58

dum contra ſacrilegos Patris cœleſtis offenſores. Hæretici Donatiſtæ doctrinam excitarunt, illicitum eſſe Principibus flagellum ſumere, quo Dei reprimant inimicos, ſed omnia in ſpiritu lenitatis, nihil autem flagelli terrore peragendum: dicebant autem hoc ab Apoſtolo inſinuatum quando datâ differentiâ inter nos, populumque antiquum, nos filios appellauit libertatis: *Nunc autem eſtis filij libertatis:* quia cuique permittitur, ſuo ſenſu abundare, ſuaque viuere libertate. De hoc ſcripſit D. Auguſtin. Bonifacio Comiti, quem Imperator in Africa gubernatorem decreuerat, & diuinis plane rationibus probat Eccleſiæ Doctor; hanc opinionem, hæreticam eſſe, atque omnino neceſſarium eſſe, vt Principes flagellum habeant quo Dei grauamina & iniurias vlciſcantur, ad minus quia ſe Dei filios eſſe gloriantur. In confeſſo eſt Principibus deberi gladium, contra Reipublicæ perturbatores, qui & tenentur ſe illis opponere vindices, qui viduæ pupillo, puellæ, vim adferũt iniurioſam. Quæ igitur nõ ratio ſuadet (ait D. Aug.) vt Zelus amoris Reipublicæ, & eorũ qui in illa commorantur, illos permoueat vt ſe ſtrenuè contra reipublicæ opponant tumultuarios: & in Dei gloriam iniurias, ſceleraque aduertentes, pro illo ſtent propugnatores, reos ſeuerè caſtigaturi? An ergo tepidior eſſe debet amor quo Deum complecteris, illo quo filium tuum, ſeu ſeruum ſeu vicinum tuum diligis? Et hoc eſt (inquit) quod Deus principibus ore regio Pſaltis ſignificat, qui pſalmo ſecundo declarare incipit, qualiter in principio Reges ac Principes in Chriſtum æternumque Patrem ſuum fœdifragi conſpirarint: *Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſum Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Hoc multis perſeuerauit diebus, imo pluſquam trecentis annis: pluribus enim de cauſis ac congruentijs permiſit Deus, vt Imperatores ac Reges illi forent inimici, ex illa colligens hoſtilitate glorioſas ac innumerabiles in ſanctis ſuis inuictiſque martyribus pro nominis ſui gloria victorias.

Rom. 8. 28

I. Principes decet gladius quo malos puniant.

Pſ. 2. 2.

Deinde Chriſtum Dominum noſtrum iam videt mundo Regem inauguratum, iam fidei eius ſubditos Reges, Regna, thiaras, ſceptra & coronas, iam eum audit dicentem: *Ego autem cõſtitutus ſum Rex ab eo &c. Poſtula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Et ſuum Dauid ad Reges conuertit ſermonem illos iam cernẽs Chriſto eiuſque Euangelio ſubditos: *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, ſeruite Domino in timore.* Scitote Reges, quid vobis ſit agendũ, quid veſtri ſit officij hoc ſc., vt Deo in timore ſeruiatis. De timore loquitur reuerẽtiali quo patrem filius reueretur. Quærit D. Auguſt. in quo conſiſtere debeat illud obſequium, quo Reges Deo famulantur, non vt perſonæ particulares, ſed vt Reges? In quo debent illum revereri, vt oſtendant quod illum vt Reges pertimeſcant? Quòd eius honorem cordi habeant, illum propugnent, nullas contra illum patiantur iniurias, & publicè ei detrahentes debito plectant ſupplicio: *Quomodo Reges Domino ſeruiunt in timore, niſi ea quæ contra Domini iuſſa fiunt, religioſa ſeueritate prohibendo, atque plectendo?* Quando Rex roſarium euoluit, ieiunat, orat, peccata confitetur, corporis incumbit caſtigationi, Deo famulatur (inquit D. Aug.) non ſicut Rex, ſed vt homo quidam particularis: porro Dauidi hæc non ſufficiunt: vult inſuper, vt illi ſeruiat in quantũ Princeps, in quantum Rex, in quantum Iudex. Hoc autem fit ſceleratos puniendo, profana tollendo, lupam virgis cædendo, ſtupri mediatrices ignominiâ afficiendo, cõcubinarios in exilium mittendo, ludorum menſas igni tradendo, confundendo publicos vſurarios, audaculos ac temerarios refrœnando. Hoc propriũ eſt Principibus ac Regibus obſequium: eo namque fine voluit Deus, vt prædiximus, decernere Reges illos vngendo oleo: quamuis enim oporteat eos mites eſſe, benignos, affabiles, vt ad eos liberè pauper, vidua, orphanus afflictuſque poſſit accedere: porro ſic diſpoſiti ſint oportet vt, ſi quando videant nefanda in Deum committi ſcelera, ſtatim in eorum cordibus ignis amoris exardeſcat, & Zeli flammas excitet, vt contra maleuolos inſtar horribilis ignis inflammentur, Dei contemptores, eiuſque honoris flagellent plectantque violatores.

II. Qua ratione Reges Deo ſeruire debeant.

D. Aug. Ep. 50. ad Bonifacium. To. 2.

III. Reges mites ſint, & Zeloſi.

### §. 20. *Iuſti Zelo inardeſcunt, & notanda eſt D. Chryſoſtomi hyperbole, factumq́; Fr. Ioannis Hurtadi.*

Hinc eſt, quod iuſti hoc oleo perfuſi viuacibus ignium flammis exardeſcent, dũ ſcelera notant contra patris ſui ſupremi 59
ac cœleſtis honorem decuſque perpetrata. Phinees vt vidit ganeonem illum impudicũ in Dei contemptum cum muliere idololatra fornicantem, quo Dei ira grauiter accendebatur, Zeli feruore ſuccenſus arrepto pugione, vnico ictu ambos confodit; vt pariter in terram mortui conciderent:

I. Zelus Phinees.

ciderent:

cidetentiepus Deo tantopere acceptum, vt eius gratiâ furorem remiſerit indignationis, quo contra populum commotus excanduerat Mathathias vir pietate ſpect bilis: dum ſacrilegus quidam de populo Iſrael, coram tota Iudæorum Synagoga thus adoleret idolo ſuper altari erectum in non leuem Dei iniuriam, hoc igne ferueſcẽs, vt leo rugiens, in eum irruit, & toto ſpectante populo ſacrilegum interfecit ſuper altare in quo ſimulachro ſacrifica bat: *Vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius, & accenſus eſt furor eius ſecundum iudicium legis, & inſiliens trucidauit eum ſuper aram.* Vidit cauſſam, qua ſacrilegus hic Deum audaciùs prouocabat: hinc pugione cor illi tranſuerberat dolor, pœnaque qua eius cauſa affligitur, vt primum adeo nefarium vidit piaculum *Doluit*: quaſi venenoſus ſerpens mortifero cor eius morſu laniaret: hoc quippe Zelo proprium eſt, viſcera, & cordis intima configere: *Zelus comedit me*; & corpore totus contremuit: *Contremuerunt renes eius.*

II. Zelus Mathathiæ.

1. Mach. 1. 24.

En quales operetur amor effectus, quando dilectum ſibi videt inhonorari. Prophetam Hieremiam attende, quàm acriter commotus dum certa quadam occaſione crimina in Dei facta cernit ignominiam: *Contritum eſt cor meum in medio mei, contremuerunt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus à vino à facie Domini, & à facie verborum ſanctorum eius.* O qualis exaggeratio: *Contritum eſt cor meum*, confractum, vt velut inter duas fortiſſimas molas comminutum. In corpore, *Contremuerunt omnia oſſa mea:* quaſi mei compos non ſum, velut ebrius: *Factus ſum quaſi ebrius &c.* Et quis te, quæſo, ſic acriter permouit? Amor, quo Deum eiuſque ſancita complector & exoſculor: qua & illum video contemptum, & illa paſſim confracta: *Quia adulteris plena eſt terra.* Quidquid video, peccatum eſt; iniquitas, adulterium, impudicitia furtum, periurium, iniuſtitia, violentia. Quid hoc te tangit propheta? Hoccine mihi obijcis? quid hoc ad te, quòd ſcurra nefandiſſimus patrem tuum irrideat, vt irâ ferventiùs incandeſcas, vt carbo totus igneſcas, & quaſi phreneticus, tibique non præſens furore incaleſcas? Hoc me tangit: amor quo Deum honoro quo Dominum meum reuereor, quo patrem meum exoſculor, hic permouet, & aliquando ſanctos vt furioſos agitat, quando non patiuntur pedibus Dei ſtatuta conculcari. Fatetur de ſeipſo Dauid: quod velut tabeſcens infirmaretur: *Tabeſcere me fecit Zelus meus.* Nimio Zelo feruidus tabe conficiebatur. Alij non communes edunt exceſſus: amor etenim tantos excitat Zelus.

III. Zelus Hieremiæ.

Hier. 23. 9

Pſ. 118. 139.

Pulcherrima ſunt illa ſponſæ verba, quibus appoſitè inhæret D. Bern. *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim: quia decolorauit me ſol.* Anima inſtri quandoque Æthiops videtur fœda, pigra quæ res faciat indecentes & alienas ab eo, quod modeſtia, & ſanctorum poſtulat manſuetudo. Veruntamen non hoc mireris, inquit, radij quippe ſolares hac me nigredine obfuſcarunt. Quis Moyſen videret, virum teſtimonio Spiritus S. *Mitiſſimum ſuper omnes homines, qui morabantur in terra*, Patrem illius populi, cui magis afficiebatur, ac ſi quiſque eorum fuiſſet filius ſibi naturalis; qui de monte deſcendens, eumque offendens vituli idololatram, tabulas confringit, cõminuit pallium exuit, gladio accingitur, & ait: quicumque ſe Dei filium ſeruumque gloriatur, ſequatur me, & ab hac & illa parte cædere & trucidare incipiat: illoque die non minus quàm viginti tria millia de populo proſtrauerunt. O Moyſes, quis te ſic alterauit, quis tuam obſcurauit manſuetudinem? *Nolite me conſiderare &c. decolorauit me ſol*: ardor ſolis, amor Dei me ſuccendit. Viden' Eliam prophetam, qui ſpectante ſacrilegâ illâ peruerſâque regina Iezabel falſorũ Belial Sacerdotum protectrice, eorum aggreditur quadringentos, & gladio obtruncat, intrepidus leo factus, flammiſque ſuccenſus ardentioribus. Quis te decolorauit, quis accendit: *Decolorauit me ſol.*

Cant. 1. 5. Ser. 28. in Cant. ad finem.

Nu. 12. 3.

IV. Moyſi Zelus.

V. Ardor ſolis eſt Zelus.

Inſuper idem proſequitur D. Chryſoſto. Admiror, inquit, qui fieri poſſit, videre vos tot iuramenta, periuria, contra Deum blaſphemias, & nec in corde veſtro, vel vnam igneam Zeli flammam, præque iracundiæ ſcintillam excitari: Si namque dum intelligis quempiam in Regem calumniantem, tantus in te exurgat ardor pro regij honoris defenſione; quantò feruentior deberet excitare, dum Deum audis impugnari blaſphemijs? Eia igitur (monet ille) iſta cernens, accede propius, ſacrilego alapam impinge periuranti, qua dentes illi excutias, illum vt canem abige flagris, nec ob hoc vllo ſcrupulo mouearis *Si quempiam Deum blaſphemantem audieris accede, increpa, & ſi verbera infligere oporteat, non recuſes ipſius faciem alapâ percute, contere os ipſius, & percuſſione manũ tuam ſanctifica.* Sicut illi, qui ſecuti Moyſen manus iniecerunt, vt cæderent, mactarentque idololatras, quibus ipſe ait: *Conſecraſtis manus veſtras Domino.* Subiungit autem vir Sanctus: quod ſi ea de cauſa in crimen voceris, nõ neges, fatere, quod feceris, & meritò:

60 D. Chryſ. Ho. 1. ad pop. ad finem. To. 5.

VI. D. Chryſoſtomi conſiliũ hyperbolicum.

Exod. 32. 29.

Si

*Si enim Regem terræ blaſphemantes punire oportet, multo magis Deum contumeliâ afficientes.* Addit iterum: quod ſi quempiam blaſphemantes ſic corripientem occiderent, is martyrij palmam D. Ioannis Baptiſtæ conſors obtineret: *Martyrium tibi hoc eſt quoniam, & Ioannes martyr fuit.* Non enim Ioannem occiderunt quòd idola refugeret adorare, thus illis adolere renueret: ſed quod Zelo Dei æſtuans correxerit, publicèque reprehenderit Deo illatas iniurias. Hoc idem repetit H. ſequenti.

*Hom. 2. ad popu.*

Eſt qui defendat hoc ſecundum litteram eſſe licitum D. Chryſoſtomi conſilium, ea ratione nixus, quam ipſe adducit: etenim ſi dicente quopiam non exiguam de Rege meo contumeliam cum eſſet à me admonitus vt taceret, ille in calumniando regem pertinax conſiſteret; aliquo modo probabile ſit mihi eſſe licitum illum percutere, ſi ad competentem iudicem non facilis pateret acceſſus: tantò magis erit & hoc licitũ, quando blaſphemus non terræ ſed cœli Regi derogat iniuriator. Hoc ex ore habeo viri litteris eruditiſſimi mei quondam Præceptoris. Hoc opere executus eſt F. Ioannes Hurtadus ordinis mei religioſus, vir pari ſanctitatis ac eruditionis opinione celeberrimus, qui cum tanta præcelleret humilitate, vt Archiepiſcopatus Granatenſem & Toletanum ab inuictiſſimo Imperatore Carolo quinto oblatos abdicaſſet, audiens poſtmodum militem quendam ore impudentiſſimo Deum blaſphemijs appetentem, leone ferocior illum aggreditur atque: Mentiris ô mortalium flagitioſiſſime proditor: non talis eſt Deus qualem tu eſſe blaſphemas: imo ſanctus, bonus, iuſtus eſt & miſericors. Ex quo cum nebulo grauiùs excandeſceret ſumptoque pugione illum occiſurus diceret. Nequam, irregularis, diſſolute monache, quid hæc ad te, quæ dico? porcum te dico, & lapidem offenſionis. Ilico vir ſanctus in genua deuoluitur ad martyrium ſe parat, & alacri vultu reſpondet intrepidus. Hoc, ita hoc eſt, frater mi, de me malè loquere: peior enim ſum multò, quàm tu dicere queas, porro non de Deo: hic etenim ſanctus, hic iuſtus, hic eſt irreprehenſibilis.

VII. Explicatur hoc eius conſilium.

*Mag. Fr. Vincentius Iuſtinianus in vita S. Telani.*

VIII. Exemplo confirmatur.

Nihilominus arbitror hoc à D. Chryſoſtomo non eſſe dictum, vt hoc facias: ex eo namque grauia naſci poſſent incommoda, ac ſcrupuli conſcientiarum: vt autẽ quis ab illis indemnis tutuſque euadat, valde ſingulares conſiderandæ ſunt circumſtantiæ: ſed hoc dicit hyperbolicè, & vt Zelum perpendas, quo feruere debes tantam Deo videns irrogari iniuriam, quidem iuſtum foret vt inſtar flammæ excandeſceres, quæ dirumpit omnia, ſuaque vi montes turreſque ſubuertit, & cholera vehementiori commoueteris non patiens Patrem noſtrum cœleſtem cædi colaphis, conteri pedibus, ſcommatibuſque irrideri. Sentit autem D. Chryſoſt. quod ob tantum defectum, qui hac in re committitur vt vix vnus ſit, cui ſyncerè & ex animo Dei honorem Zelo feruens propugnet, tot contra illũ crimina perpetrentur: *Sufficit vnus homo Zelo fidei ſuccenſus totum corrigere populum*: & addit quod quia in illo ſæculo nemo Dei Zeloſus honorem defendebat, ipſe permitteret tot illos inuolui calamitatibus, nec ferret in aduerſis auxilium. Sicut ex æquo fieret, quod Rex ciuitates varijs ſineret concuti tribulationibus, inter quos nemo Regis honori, & obſequio proſpiceret, aperto ſigno, qui Regem amaret ibi, eſſe neminem: vbi namque feruet amor, & Zelum feruere neceſſe eſt. Plura dicere de noſtra poſſumus ciuitate, in qua tam tepidè ſtamus in acie, diuini honoris æmulatores, ita vt plus iuſto mereamur ab illo caſtigari, eiuſque à nobis manum auferri ſubſidiariam.

*D. Chr. Ho. 2. ad pop. To. 5.*

IX. Defectu Zeli tot peccata committuntur.

En tibi Chriſtum, quàm Zelotypus in templo hodie feruet, & alias iterum tantò percellitur feruoris æſtro, vt rationis impos eſſe videatur; vnde de illo ſpargebatur: *Quoniam in furorem verſus eſt.* Quem cognati vt lymphaticum ligare meditabantur: *Et exierunt ſui tenere eum.* Zelus hic erat, qui cordis eius viſcera depaſcebatur. Si in Sanctis, Dei ſeruis amor quo illi ſeruiunt tam feruidos Zelos excitet, eoſque ad ea facienda compellat quæ communem faciendi modum excedant, vt præmiſimus: quẽ in Chriſto amoris huius effectum augurarnur filio Dei naturali? Hoc mihi format argumentum Apoſtolus Chriſti præ Moyſe demonſtrans prærogatiuam: etenim ſi hic diuini fuerit honoris Zelator, fuit vt ſeruus in domo eius fidelis: verum enim vero Chriſtus velut domus filius naturalis: *Et Moyſes quidem fidelis fuit in domo Dei, tanquam ſeruus, Chriſtus autem tanquam filius.* Quinimo & in hoc facinore voluit vt ſcirent omnes, quod filius eſſet Dei: dicendo: *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.*

*Mar. 3. 21*

*Hebr. 3. 5.*

§. 21. Quod

§. 21. Quod ſignum oſtendis nobis, quia hoc facis? *Hi flagellati, & non agnoſcentes Pharaoni comparantur: nos verò ſimus Dauidi ſimiles.*

61 EIecti de templo profani illi, flagriſque profligati rurſus inter ſe conueniunt, pedem figunt, ac illi ipſi ex tali facinore ſtupore concutiuntur. Quis hoc credat, quòd vir ille viliſſimus de grege pauperculus, cuius optimè ſtemma nouimus, nos, nos inquam vt canes flagellis exceperit quis hoc ferat patienter? honori noſtro macula adſpergitur de facili non eluenda, eo repedandum eſt, interrogandus eſt in qua fecerit hoc ipſe poteſtate. Reuertuntur, Chriſtumque interrogant: Dic nobis quis tibi hanc dedit poteſtatem, vt tali nos infamia, quali nunc factum eſt, exciperes, temploque exturbares: *In qua poteſtate hoc facis?* O proditores flagellati & non agnoſcētes. Illud Dauidis quadrat in vos oraculum: *Turbatus eſt à furore oculus meus.* Nam aliquando quis meritò cæſus, quantò magis dignus eſt ſupplicio, tantò ſe minus cognoſcit, paſſionis etenim furor oculos illi excæcat. Hic eos propria adegit peruerſitas, & hoc idem multis obuenit, quos Deus exigentibus eorum hic ſceleribus caſtigat, quæ tamen nequaquam agnoſcunt. Magnum eſt hoc malū. Sub Gregorio ſummo Pontifice lues contagioſa, eaque grauiſſima totam inuaſit Africam: quæ in pluribus partibus tunc temporis ob hominū peccata graſſabatur. Quidam Epiſcopi, & Eccleſiæ Prælati litteras dederunt Sancto Pontifici, remedium ab eo vt omnium Patre poſtulantes: reſpondet ille, & Dominico Epiſcopo Carthaginenſi reſcribit epiſtolam, cui titulum præfigit: *De peſtilentia Africæ.* In qua hoc primò ſupponit, calamitates illas, quas Deus immittit Reipublicæ flagella eſſe Dei vindicantis, ſecundò; nullam maiorem dari poſſe ſtultitiam, quam ſi quis pro merito flagellatus culpam cæcus non agnoſcat inſtar pueri, qui virgis cæditur, vt à malis moribus prouidentior reſipiſcat: clarum eſt, quod ſi cæſus, non ſe corrigat, quinimo in immodeſtia ſua petulantior euadat, multiplicanda ſint flagella, iterumque ſit puniendus. Hinc elicio, inquit D. Gregorius Epiſcopo hoc tibi in hac vrgenti, triſtique calamitate principaliùs agendum, vt omni ſtudio conetis peccatores ad ſuorum ſcelerum perducere cognitionem, vt reuertantur à vijs peſſimis, & ſalutis capiant ſaniora conſilia: *Nam in flagellis poſitos flagellis digna committere, contra ferientem eſt ſpecialiter ſuperbire, & ſæuientis acrius iracundiam incitare, atque eſt primum genus dementiæ, nolle quempiam à malis ſuis iuſtè quieſcere, & Deum iniuſtè à ſua velle vltione ceſſare.*

Pſal. 6. 8.

I. In plagis agnoſcēda ſunt peccata.

D. Greg Lib. 8. in dict. 3. Epiſt. 41.

II. Similitudo.

Egregia planè ſtultitia; cæderis ob peccata tua, & vrges, vt à cædendo ceſſent, & non vis, vt peccata ceſſent. Non tu vis ab irritando Deo deſiſtere, & inſtas precibus, vt Deus à puniendo te ceſſet miſericors. Faxit Deus hoc nobis minimè contingat. Quot flagella Deus familiæ tuæ ſinit obuenire; premeris paupertate languoribus, litibus, opum iactura, calamitatibus: flagello ſunt hæc Dei, chariſſime, quibus meritò tua Deus peccata iudex viſitat. Auxilium poſcis, pœnarumque liberationem? Videamus an à peccatis melior pœnitenſque ceſſes? O Pater mi tanto iam tempore iaceo languidus, nec vel vna mihi lætior affulſit dies ſanitatis: ab annis pluribus non niſi calamitatibus infelix aggrauor: neſcio quid ſit, quòd me numquam gaudeam ab aduerſitate liberum, radicem videtur in domo mea fixiſſe paupertas. Hi quos intimos mihi & amicos gratulabar, retribuunt mihi mala pro bonis; facultātum mearum prouentus heu miſerè diſſipantur. Dic mihi, quis tuorum ſtatus eſt ſcelerum? An aliena reſtituiſti? An periurus & abiurus perſeueras? O traditorem, te flagris video pœnitque caſtigatum, ſed minimè emendatum. Et tu Domina quæ tot lacrymis tot defles tuæ domus infortunia, numquid affectui, quo alterum complecteris renunciaſti? Numquid ſcandalum ceſſat infirmorum? Numquid finem accepit periculoſa conuerſatio? Hoc malis proprium eſt, de quibus teſtatur Iob, quòd toto vitæ ſuæ decurſu laboribus opprimantur, & in illis ſint perituri: quia Dei hæc eſſe flagella ſuis adſcribenda peccatis non agnoſcunt: *De mane vſque ad veſperam ſuccidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt.* In hoc maximè teſtem adduco Salomonem, alicuius patet viri prudentia quòd debito modo flagellum, quo Deus illum affligit accipit, qui namque prudens eſt ſicut reatum ſuum agnoſcit, ita & mores in meliora corrigit: qui vero fatuus eſt, vt prius errat, ſic poſtmodum fatuus eſſe perſeuerat, ſemperque in querimonias effunditur: *Vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus.*

III. Ceſſent peccata, ſi vis vt flagella ceſſent.

Iob 4. 20.

Eccli. 10. 28.

62 Ad propoſitum congruè dixit idem Iob aliā illam ſententiam, quam pro more ſuo trutinat D. Gregorius: *Cor eorum longe feciſti à diſciplina: propterea non exaltabuntur.* Attende præmo-

D. Greg. Lib. 17. c. 16.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

D.Gregor. quod ait: *Cor eorum longe fuit à diſciplina.Cor eorum*: non enim ait corpus eorum, quia peccatoris corpus non procul abeſt à diſciplina,quinimo multis flagellis ſceleratus

Pſ.3:10.

afflictatur: *Multa flagella peccatoris*: ſed cor eius: nec enim conſiderat ex qua manu, vel ob quã cauſam flagellum diſcruciet:vt brutum animal, quod fuſtem patitur, eumque conſpiciens, vt autem non cognoſcit ob defectus ſuos ſibi tundi latera,illis adhæret incorrectum: *Propterea non exaltabuntur*. Hinc præfatus Salomon ſupplicem offert Deo prudenter hunc libellum, vt,eũ ad cuncta piè prudenterque facienda illuminet: *Domine Pater & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in conſilio &c.* Quid igitur expoſtulas? O Domine mi,quis mihi dabit,vt flagella, quibus affligor,ponam ſuper cogitationem meam, illa ſedulò perpendam, vt caſtigatus illis non fiam inſanior: *Quis ſuperponet in cogitatu meo flagella & in corde meo doctrinam ſapientiæ?* Notat hic D.Aug.ſicut D.Tho. aduertit vim verbi *Cogitare*: quod ſignificat *Multa ſimul mente cogitare*: quando quis cogitat, & confert,qua ratione hoc illi conueniat, quomodo hoc illi correſpondeat Vtinam Domine ſic ſapiam, vt quãdo me cædis, illa ſceleribus meis flagella conferam; & intelligam optimè talia flagella quibus me punis,talibus,quæ commiſi, reſpondere criminibus.

IV. Prudentis eſt in plagis ſuum ignoſcere peccatum. Eccli.23.1.

2.2.qu.2.ar.1.

V. Non Pharaonẽ ſed Dauidem imitemur. Exo,7.23.

Alludit,vt arbitror, ad id quod Spiritus S. de contumaci ſcribit Pharaone, cuius hæc fuit ratio perditionis,quòd à Deo ſeuerè pro pertinacia punitus in cogitatu ſuo hæc flagella minime ſuperpoſuerit:rationem,quare ſic puniretur, non conſiderans, ſed,vt brutum erat animal quod ſi ſcuticã percuſſeris, recalcitrans ad ſuũ feſtinat equile:*Ingreſſus eſt domum ſuam, nec appoſuit cor.*Non ſic Dauid, non ſic,ſed ſic vt vtilem nobis diuinamque prælegat lectionem. Quid agis ô Rex piiſſime,dum te premit aduerſitas, proſternit infirmitas, in te ſocer tuus Rex Saul bella mouet, te profugum perſequitur vel filius tuus Abſalon in ſummas adigit anguſtias?

Pſ.37:18.

*Ego in flagella paratus ſum,& dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo & cogitabo pro peccato meo ſemper.* Cum me peccatorem agnoſcam, in flagella paratus ſum, & quotieſcumque me iſta contundent,ea me iuſtè meritum eſſe cogitabo, & hoc ſemper ac continuo ore meo proferam: Heu Domine cõdigna,fateor ſunt hæc meis flagella ſceleribus,his plura,his mereor acerbiora:optimè mecum agitur, quandoquidẽ enim à via ſalutis aberrauerim,meas ſecutus paſſiones,tu me tuis his flagellis ad viã reuocas rectiorẽ:*Cogitabo pro peccato meo ſẽper*:de quibus aliàs diximus.

## §.22.Soluite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. *Signum Diuinitatis ſuæ Chriſtus illis ſuam aſſignat Reſurrectionem:in qua mentiti ſunt ei inimici eius, vt ait Dauid.*

OPinatur D.Cyrillus ſignum illud,quod à 65
Domino petierunt fuiſſe, quo probaret, quod illis indicauerat,ſe eſſe filium Dei, quando Deum dixit eſſe Patrem ſuum: *Nolite facere domum Patris mei &c.* Reſpondet illis Chriſtus ſignũ petitis huius rei vobis dari? Perplacet:*Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud.* Dicebat hoc Chriſtus manibus proprium demonſtrans corpus, illudque tangens, deſignando quod de ipſo loquebatur. Huius, inquit, templi nexum diſſoluite, & in triduo excitabo illud & reſuſcitabo. Talpâ cœciores erant, nec intelligebant hebetes,quòd de corporis ſui ſanctiſſimo templo loquebatur, & illis dare intendebat vt ſupremum ſuæ efficaciſſimæ potentiæ ſignum demonſtratiuum, ſuæque diuinitatis, ipſam reſurrectionem.

I. Reſurrectio ſignum eſt diuinitatis.

Congruentiſſimè corpus ſuum appellat templum,vt ex D.Aug. diſcimus verba illa Apoſtoli declarante:dum de Chriſto loquitur:*In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Hoc inquit D. Aug. duobus modis intelligitur. Primò:q.d.Non in vmbra vel figura,ſicut in veteri teſtamento, ſed in rei veritate. Secundò: deſignando, quòd diuinitas in illo ſacroſancto eſſet corpore, velut in templo quodam ſingulari:*Non ideo corporaliter, quia corporeus eſt Deus ſed aut verbo tranſlato vſus eſt, tanquam in templo manufacto non corporaliter ſed vmbraliter habitauerit,id eſt præfigurantibus ſignis; nam illas omnes obſeruationes vmbras futurorum vocat etiam ipſo tranſlato vocabulo. Aut certe corporaliter dictum eſt:quia in Chriſti corpore, quod aſſumpſit ex virgine tanquam in templo habitat Deus.* Si corpora ſanctorum (inquit ille) templum ſunt Spiritus S.ſuffragante Apoſtolo, quantò magis erit Dei templum,Chriſti corpus in quo ita perfectè habitat,vt vnitam ſibi illam habeat carnẽ, ac totam humanitatem perſonæ ſuæ diuinæ vnione ſubſtantiali,eo modo,quo declarãt Theologi.Hoc igitur vobis do ſignum: *Soluite templum hoc,& in tribus diebus excitabo illud.* Diui-

D.Avgv. Ep.67.ad Dardanũ. Tom.2. Coloſ.2.9

II. Corpus Chriſti templum eſt diuinitatis.

num

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mum omnino ſignum. Recenſet Spiritus S: vt opus maximè proprium diuinæ ſapientiæ, nēpe Chriſto, quod ſe non patiatur à malitia ſuperari:
Sap.17.29 *Sapientia luci comparata inuenitur prior: illi enim ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia.*

III. Sapientiā non vincit malitia.

Ipſa eſt luce potentior. Potens eſt lux cum ipſa tenebras expellat; porro nihilominus, qui modicum ſapit, dubitare poteſt, vtra earum ſit efficacior: & quæ quam vincit: cum enim ita ſit: quòd lux ad auroram prodiens tenebras diſſipet, ſimiliter videtur, quod ad veſperam irruentibus tenebris, ipſa paulatim deficiens obſcuretur, nec minus mundum nigerrimo ſuo obnubilent peplo, quàm lux ſuo de die lætificet ſplendore. Verum enim vero tanta eſt efficacia ſapientiæ, tantaque potentia, vt permittens malitiæ tantum quantum poteſt inferre damnum, ſuper illud reuoluatur, illud ſiſtat, & ad ſtatum reuocet meliorem. Summum omnium ad quod acceſſit malitiæ potentia, hoc fecit, vt Dei filium occideret: hoc eſt omnium ſupremum, quo gehennæ mundique potuit aſcendere torua nequitia.

IV. Similitudo.

Magna cenſeretur eſſe potentia illius ſeditionis Prouinciæ contra Regem ſuum iuſtum ac bonum, ſi ſeruos occideret Regi fideliſſimos: grauior adhuc, ſi magnates, optimates, duces, ac primæ notæ viros præſumeret mactare nobiliſſimos: augeamus crimen, quid eſſet ſi proprium regis filium enecaret? Porro pernicacior nulla poſſet eſſe rebellio, quam ſi Regem ipſum auderet interimere per iudiceris ſententiā: eum patibulo adiudicans atque affigens vt crudeliſſimum tyrannum regnique proditorem nefandiſſimum. Magna fateor fuit illa malitia, ac populi Iudaici commota rebellio, regni, quod Dei eſſe dicebatur, qua contra Regem ſuum ac Deum contumax inſurrexit, qua ſeruos ipſius inconcuſſæ fidei viros, Prophetas dico, trucidauit, qui eius honorem, negotiaque promouebant: *Quem*
Act.7.52. *Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri?*

V. Iudæorū ſcelus grauiſſimum.

Vitam chariſſimis illi ac primatibus ademerunt rebelles amicis: quorum anteſignanus erat D. Ioannes Baptiſta, quem capite truncarunt. Nihilominus his audet grauiora ſeditioſa peruerſitas, & manus ipſi Regi violentas iniicit per varia illum trahens iudicia ac tribunalia morti adiudicans, qua nulla infamior, nulla moleſtior, cruci: videlicet. Eo vſque malitiæ potentia aſcendit ſed & hic pariter ſtetit: quia nequibat patrare grauiora Sicut vos ipſi confirmatis, quòd ſuprema in vobis regnet iniquitas, me trucidando, hoc namque homicidio ad altius non poteſt aſcēdere malitia faſtigium, ita & ego vobis confirmabo, me eſſe ipſam Dei ſapientiam, qui fortis omnipotentiā meā huius queam malitiæ vires euincere ac ſupplantare, reſtaurando quidquid damni, maliue inferre potuiſſetis, cuncta in meliorē ſtatū prioremque reſtituendo glorioſiorē: *Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud.*

VI. Reſurrectio ſignum omnipotentiæ.

Hoc eſt ſignum omnium primum eius diuinitatis aſſertiuum: etenim quando rebelles illi templum hoc ſanctiſſimi corporis ſui mortale adhuc, & paſſibile diſſoluent, eum occidendo, ipſe idem hoc in triduo reſuſcitabit, at glorioſum & immortale, vt tale propoſuerat multis ante annorum curriculis vatis ſuo Sophoniæ: cuius verbis videtur petitioni reſpondere hodie ſibi à Iudæis obiectæ: *Quod ſignum oſtendis nobis, &c. Exſpecta me* (inquit) *in die reſurrectionis meæ*: vt aliàs expoſuimus.
Sopho.3.8.

Hanc D.Auguſt eleganti ſtylo perpendit do- 64
ctrinam, & illa Saluatoris verba percipiens: *Soluite templum hoc, &c.* arbitratur, quod à mille annis illa audierit Dauid auribus ſpiritus ſui Prophici, atque in illis tanta detegit ad Chriſti gloriam Myſteria, vt Pſalmum compoſuerit ſexageſimum quintum illum ſuauiter decantans, cui titulum (inquit D. Auguſtin.) præfigit: *In finem.* Quia ille erat, quo deſignabat, quod oculis ſuis Chriſtum redemptorum noſtrum intueretur, finem legis, & ſuorum complementum deſideriorum: *Iubilate Deo omnis terra, Pſalmum dicite* Pſ.65.1.
*nomini eius, date gloriam laudi eius.*

VII. Vaticiniū Dauidis de Chriſti reſurrectione.

Vniuerſa in Deo terra lætetur, & mille laudum præconiis eius gloriam concelebret: *Dicite Deo: quam terribilia ſunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuæ, mentientur tibi inimici tui.* Quantum conijcio, Chriſtum intuetur armatum flagello, ſeueroque vultu terribilem turbam hanc ſacrilegam ſacris ædibus exturbantem, loris vt canes profligantem, pecunias, menſaſque proſternentem. O quid vnquam adeo terribile? talis autem Iudæis apparuit, vt denuo reuerſi ſignū ab eo petierint, quo monſtraret, qua poteſtate facinus tale patrare præſumpſiſſet Audit Saluatorem illis reſpondentem. *Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Et ait: ô Dñe mi, quale, precor, ſignum eſt illud adeo potens, quo diuinæ tuæ multitudinem omnipotentiæ comprehendis? ſic eſt, eſt etenim illud opus, quod illis pro ſigno das, omnium maximū in tuæ virtutis diuinæ teſtimoniū? ſed cum illo, & ob illud, & ex illo contra te falſa producent inimici teſtimonia. Et indubiè (loquitur D. Auguſt.) illud opus, quod illis dat in ſignū, ſua nempe reſurre-

ctio tale eſt, vt in eo diuinæ ſuæ poteſtas omnipotentiæ comprehendatur: *Potentia Domini, noſtri Ieſu Chriſti maxime apparuit in reſurrectione.* Opus eſt hoc, quod Deus ſuæ tantúmodo ſeruauit omnipotentiæ. En (inquit) quàm ſe ſanctis ſuis effuſum oſtenderit, ſuam illis communicans virtutem, vt opera facerent, qualia ipſe, prodigioſa. Si maris calcarit fluctus, hoc idẽ D. Petro conceſſit: ſi dæmonia eiecerit, morboſque curauerit, eandem, illis prædicationis iniungens officium, tradidit poteſtatem: *Dedit illis virtutem & poteſtatem, vt dæmonia eijcerent, infirmos curarent*: Quinimo & hoc proteſtatur, quòd quibuſdam de ſeruis ſuis tam efficacem potentiam miracula faciendi tribueret, vt in ſe, ijs quæ ipſe faciebat, eminentiora eſſe viderentur: *Amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet.* Porro nemini indulſit, vt ſeipſũ ſuſcitaret, ſed nec puræ creaturæ concedi hoc poterat, quæ non haberet in ſe, & ex ſe eandem Dei potentiam. Ideirco quando Iudæi à Domino ſignum expoſtulant diuinitati proprium, hoc illas aſſignat; ſi potentiam concederet ſuper aquas gradiendi, obijcerent quod olim Moyſes per pelagi fluctus viam ſibi totique populo ſtrauerit latiſſimam. Si mũdandi leproſos, inferrent, quòd ſimile quid egerit Eliſeus Naaman præcipiens vt ſepties in Iordane lauaretur. Si mortuos ab inferis reuocandi, dicerent ab Eliſeo & Elia mortuos eſſe reuocatos. Expediebat illis dari ſignum ſoli ſuæ reſeruatum omnipotentiæ, hoc eſt, ſui ipſius reſuſcitationẽ, poſtquam illum morti tradidiſſent. Hoc ab alio factum fuiſſe calumniari non poterant. Quid hic D. Aug.? *Quia poſſent dicere Iudæi, cum miracula faceret Dñs: fecit & hoc Moyſes: fecit & hoc Elias: fecit & hoc Eliſeus. Propterea cum ab illo ſignũ peteretur proprium ſignũ commẽdans, quod in ſe ſolo futurũ erat, ait: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc ſignũ proprium commendauit, hoc eſt potentiſſimũ.* Signum procul dubio maioris potentiæ ac virtutis, quàm ſeipſum à morte liberare. Longè namque præclarius eſt ipſam vincere, poſtquam intrauit, occidit, fecitque quæcumque potuit, quàm illi præcludere ingreſſum: hoc etenim veraciter eſt illam potentiã ſuperare: *Potentius eſt reuixiſſe mortuum quam non fuiſſe mortuum.*

D. Avg. In illud Pſ. 65. In illud. In multitudine virtutis tuæ, &c. To. 8.

VIII. Reſuſcitatio ſui ipſius ſoli Deo reſeruata.

Matt. 10. 1

Ioa 14. 12

D. Avgv. Tom. 8.

Hinc (inquit D. Aug.) capio rationem, ob quã Apoſt. Paulus diuinæ virtuti omnipotentiæ adſcribat ſuæ reſurrectionis mysterium, dum ait: *Non habeo meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide ad cognoſcendum illum, & virtutẽ reſurrectionis eius.* Et alio loco: *Si crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei.* Hic igitur opus attende quod Dominus maximũ promittit in virtutis ſuæ teſtimonium, videlicet reſurrectionẽ, & verbis vtitur maximè ſignificatiuis ac proprijs. Primò dicit: *Soluite templum hoc*: Non ait: vos ipſi me trucidate, licet in reipſa idem ſit, ſed *Soluite*: Non dicit: *Soluite me* perſonaliter: ſed *Templũ hoc*: Duo ſunt in Chriſto Saluatore nexus ſeu vniones: prima, ſuæ perſonæ cui vniuit, & velut alligauit naturam humanam: ſecũda: vnio corporis cum anima. Non ait diſſoluite perſonam meam: eo quod vnio qua noſtram illi vniuit naturam perpetua eſt, & indiſſolubilis, *Quod ſemel aſſumpſit, numquam dimiſit*, docent veriſſimè Theologi. Caue tibi (inquit D. Ioannes) ne Chriſti perſonam velis diſſoluere: quicumque namque tale quid attentauerit, eum vt Antichriſtum condemna: *Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum ex Deo eſt, & hic eſt Antichriſtus.* Adeo tenaciter vnita eſt perſona Chriſti Saluatoris ſuæ humanitati, vt in illo alia non ſit perſona niſi diuina. Ne hanc vnionem naturæ humanæ cum perſona diuina diſſoluatis, volentes eam vnire perſonæ propriæ creatæ, duas in Chriſto ſtatuendo perſonas, vnam diuinam, cui annexa ſit ſua perſona Diuina, & humanam alteram, cui vnita ſit humanitas: eſſes etenim Antichriſtus, ideirco non ait: *Soluite me.*

Philip. 3. 9

2. Cor. 13. 4.

IX. Duæ ſunt in Chriſto vniones.

Prima Diuinitatis cum humanitate eaque indiſſolubilis.

1. Ioa. 4. 3

Secunda eſt vnio corporis cum anima per quam corpus vitâ fruitur & ſenſibus, ſiſtitque pedibus erectum: hæc igitur per mortem diſſoluta eſt: realiter enim vnio corporis Chriſti cum anima diſſoluta eſt & anima à corpore receſſit, atque ex hac ratione verè Chriſtus mortuus eſſe dicitur. Diſſoluite igitur, inquit Chriſtus hãc templi corporis mei vnionem, quo fiet vt realiter in terram concidat, imo mortuum in ſepulchro extendatur. *Soluite.* Nota vero, verbum hoc nullum inuoluere præceptum: cum enim opus occiſionis Chriſti ſacrilegium ſit adeo horrendum, non illud Deus præciperet, de quo prolocutus eſt Spiritus S. *Nemini mandauit impiè agere*, ſed primò ſignificat permiſſionem ſimilem illi de qua locutus eſt Iudæ proditori: *Quod facis, fac citius*: q. d. Cedam veſtræ locum malitiæ, qua ad culmẽ aſcendet quod imaginari quis poteſt altiſſimum, ſcilicet, vt me interficiatis: & tunc omnipotentiæ meæ virtus innoteſcet, meipſum à mortuis reuocando. Secundò: licet imperatiuum ſonet hoc *Soluite*, vim tamen habet enuntiatiuam. q. d. *Solueris*, meam probabo poten-

Secunda corporis cum anima eaque diſſolubilis.

X. *Soluite*, non eſt imperatiuum ſed enuntiatiuum.

Eccli. 15. 21.

Ioa. 13. 27.

potentiam, quando vos huius corporis mei vitam fueritis demoliti, ſuſcitando illud glorioſum: nam eo modo pariter declarantur illa verba, quæ iiſdem dixit prænuntians, quò ad ſummum eorum eſſet malitia aſcenſura faſtigium vt ipſum interimerent. *Implete menſuram patrum veſtrorum.*

Matt. 23. 32.

IX. Verbi *Excitabo* vis expẽditur.

Nec minoris ſunt hæc verba ponderis. *Excitabo illud:* non enim dixit: deijcite templũ hoc, & ego reædificabo illud: ſed *Excitabo illud*: aptiſſimum verbum, quo myſterium reſurrectionis aperitur, eiuſque liquidò virtus innoteſcit. Eius namque intuitu, mors nõ niſi ſomnus fuit: & ſicut ille, qui dormit: in ſe virtutem habet qua ſeipſum à ſomno excitet, ita vt ille idem ſit qui ſe dormientem excitat: ita mori Chriſtum, fuit quaſi ſe ad dormiendum componeret: quamuis enim mortuus ſit, ita tamen mortuus eſt vt viua in eo maneret perſona diuina, & in ſe totam haberet Dei omnipotentiam, de quo ſuo die dicendum. Hoc ergo eſt opus Deo proprium, quòd moriendo ſecundum humanitatem in eo viua manſerit perſona ſecundum diuinitatem: ipſa namque ſeipſam excitabat.

☞ 65

*Lib. 4. in Ioan.*

*In cap. 9. Amos.*

XII. Vaticiniũ Amos de Chriſti reſurrectione explicatur.

*Amos. 9. 11.*

*Act. 15. 16*

Nec fallor, his verbis alludit Chriſtus verbis illis obſcurioribus apud Prophetam Amos, quæ congruè noſtro propoſito declarant D. Cyrill. & Theodoret, quibus Propheta finem imponit vaticinijs ſuis, dicens, qua ratione Deus populũ illum ingratum ac contumacem deſereret quia eum eſſet occiſurus ac crucifixurus, quodque à mortuis reſuſcitatus ad Gentes tranſiret: *In illa die ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod decidit, & readificabo aperturas murorum eius, & qua corruerant inſtaurabo.* Hæc verba Petrus Apoſtolus adduxit poſt Chriſti reſurrectionem, vt ijs probaret conueniens eſſe, vt Gentibus prædicaretur Euangelium. Attende, quàm graphicè myſteriũ deſcribat reſurrectionis. Chriſtum agnominat Dauid, ſtylo Prophetarum. *Suſcitabo tabernaculũ Dauid, quod decidit:* Quod hic tabernaculum dicit, templum appellat: Ego illud excitabo, reſuſcitans illud, redintegratum, & velut nouum, quantum attinet ad gloriæ qualitates, impaſſibilitatem, agilitatem, &c. Mirare, quàm egregiè reſtauratum exſurgat de ſepulchro redi[t]uum Itaque, cum Auguſtino, perbelle dicitur hoc opus. *Multitudo virtutis Domini:* Fuit enim ſupremum, in quo cuncta, quæcumque fecit præclara, continentur.

Ex hoc, Domine mi, præcinit Dauid & præſagit, mendacia contra te ſuſcitabunt inimici tui teſtimonia, *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.* Occurrat tibi (monet D. Aug.) quod in paſſione Domini contigit: Indagant inimici falſa, quibus eum condemnent, teſtimonia, multos introducunt teſtes, & licet illos de omnibus ſedulò inſtruxiſſent, ſic euidenter tamen peruerſa teſtium conſtabat iniquitas, vt illi ipſi qui iudices pro tribunali præſidebãt, clarè cognoſcerent non eſſe admittendos. *Non erant conuenientia teſtimonia eorum, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent.* Modum nõ inueniunt, quo contra innocentem falſum componant teſtimonium, nec quidem veriſimile: porro tandem duo prodierunt, mendacia ſua ſtruentes ex illis verbis, quibus Chriſtus potentiæ ſuæ ſignum propoſuerat: *Nouiſſime venerunt duo falſi teſtes dicentes: hic dixit. Soluam templum hoc, & poſt triduum ſuſcitabo illud.* O mendaces: numquam dixit: *Soluam*, ſed *Soluite*. *Soluam non audieranta* (D. Auguſtini verba) *ſed ſoluite, vnum verbum mutauerunt, & paucas litteras, vt falſum teſtimonium molirentur. Cur mutas verbum ô humana vanitas ô humana infirmitas? verbo incommutabili verbum mutas, mutas tu verbum numquid mutas Dei verbum?* En tibi qualiter in Chriſtum ſua proferant mendacia, in eo ſigno quod illis virtutis ſuæ dederat infinitæ. *Quare tibi mentiti ſunt inimici tui Domine, cui iubilat omnis terra? dicunt, ſoluam, cum tu dixeris, ſoluite.*

XIII. Teſtes falſi cõtra Chriſti reſurrectionẽ.

*Marc. 14. 56.*

D. AVGV. *Tom. 8.*

Attendite & videte proditores, quòd omnipotentiam ſuam declarans infinitam, & veſtræ pariter declarat malitiæ prauitatem. Vos ipſi eſtis qui templum hoc ſoluetis: vos ipſi mortem illi Deicidæ infligetis: ipſe, qui illud excitabit immortale, glorioſum. Ipſum, *Soluite* veſtrum eſt: ipſum *Excitabo*, meum eſt. Et hoc ita nouimus, quòd poteſtas iniquorũm eò tantum tendat vt demoliantur, vt diſſoluant, vt vitam perdant: Dei autem vt exſuſcitet. *Dominus erigit eliſos*, vt viuificet: *Qui viuificat mortuos:* Hoc poteſt diabolus, nempe, perdere, trucidare, deijcere, demoliri, iuxta nominis ſui etymologiam: *Exterminans.* Et hoc tu ſimiliter potes, qui illum vt Dominum habes, animam tuam occidere illi per peccatum auferendo gratiam, in culparum abyſſum demergere, te ipſum, & ipſam in profũdum præcipitare damnationis; ſolus Deus eſt, qui propria viget virtute, vt illam ad vitam reuocet, & de abyſſis liberet educatque iniquitatum. *Domini exitus mortis.* In hoc ſe Dominum oſtendit abſolutum, qui hoc nomine ita pleno ore meretur inſigniri, vt duplicari poſſit: *Domini, Domini:* qui reſuſcitat, & de mortis eruit poteſtate, cum qui ſe morti per peccata culpaſque tradiderat,

*Pſ. 145. 8.* *Ro. 4. 17.* *Apoc. 9. 11*

*Pſ. 67. 21.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diderat. Cum igitur ô Domine, ſignum ſit diuiniæ tuæ poteſtatis infinitæ, reſurrectio: illam quæſumus, in noſtris opereris animabus, illas de ſceleribus ſuis reſuſcitans, vitamque tribuens eis gratiæ, qua gloriæ perfruantur gratia ſempiternæ, *Amen.*

# SVMMARIVM

## HOMILIÆ VIGESIMÆNONA SEQVENTIS.

a §. 1. PRoponit hoc nobis Euangelium Chriſti Saluatoris doctrinam. *a.* &
circa illam quatuor docet. Primum: ad hanc docendam doctrinam
aulam ſecuriſſimam eſſe templum, aliquando licet in plateis prædica-
§. 2. 3. 4. re conueniat *b.* Secundum: Iudæos fuiſſe peruerſos auditores, qui
5. 6. admirabantur & non conuertebantur: & talis eſt plerumque inter
c §. 7. 8. 9. nos defectus *c.* Contra illos efformat D. Ioannes echum potentiſſimum per quam ip-
d §. 10. ſos proprijs eorum verbis conuincit *d.* Tertium: quod ſublimitatem doctrinæ ſuæ
atque excellentiam Chriſtus tradat, dicendo: hanc non eſſe ſuam, ſed Patris ſui, à
e §. 11. quo mittebatur: verba ſunt hæc multis referta ſenſibus *e.* & præcipuè illis declarare
f §. 12. voluit, ſe Prophetam eſſe Promiſſum *f.* idque docet, quod dicendum eſt prædicato-
g §. 13. ribus, *g.* & eam confeſſionem à nobis faciendam, qua, quidquid boni habemus, il-
h §. 14. 15. lud à Deo eſſe cognoſcamus *h.* & ab auxilio gratiæ eius efficaci *i.* nam ob eius defe-
i §. 16. ctum cognitionis, quinque illæ virgines fatuæ eſſe perhibentur *k.* Vltimum à Chri-
k §. 17. ſto traditum hoc eſt: quis doctrinæ ſuæ competens ſit auditor, & quid agendum vt
l §. 18. 19. illa capiatur, nimirum rectificanda voluntas *l.* ratio ſubijcienda fidei, viſuſque au-
m §. 20. 21 22. 23. ditui *m.*

§. 1. *Ad duo reuocantur ea quæ Chriſti ſunt, ad opera & doctrinam, vtraque Iudæi diabolo attribuebant: & vtraque probat Chriſtus eſſe diuina.*

§. 2. Iam die feſto mediante: *Aſcendit Chriſtus, qui omnes ſpiritus comprehendit intelligibiles: & hoc ita his & alijs expediebat.*

§. 3. Aſcendit in templum & docebat. *Prædicat Dominus in templo, aula tali doctrinæ propria: quam Dauid inſcribit ſeparatum, caſtam, atque purificatam.*

§. 4. *In templo docetur doctrina fidei, vbi captiuatur intellectus, ſicut Ioſeph.*

§. 5. *Concio fiat in templo, quò Deus & prædicator conueniunt. Sicut in petra Oreb & declarat Salomon.*

§. 6. *Concio fiat in templo magni Domini habitaculo, qui ſolus perfectè poteſt in voluntate libera operari: licet aliquando congruè in locis publicis concio habeatur.*

§. 7. Admirabantur Iudæi. *Admirantur Dominum prædicantem, quia debet aliquando prædicator, docente D. Auguſtino, ſtylum altius attollere.*

§. 8. *Admirabantur illi, ſed non conuertebantur, ſicut Pharao, alijque ex nobis plurimi.*

§. 9. *Peruerſi auditores, qui tantum adferunt intellectum, non autem voluntatem. Vnde licet admirentur non tamen conuertuntur.*

§. 10. *Eleganter declarat D. Ioannes illo* Mirabantur, *illud vatis Iſaiæ:* In vacuum laboraui: *quod multi dicere poſſunt prædicatores.*

§. 11. *Echum efformat D. Ioannes multò fortiorem, quàm Ægypti echum, ad verba Iudæorum, qua illos conuincit, ex illo ipſo quod confitentur.*

§. 12. Mea doctrina, *&c. Dicit hoc ſecundum*

quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN